

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Orationes aliquot

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

DANIELIS STALII.  
ORATIONES  
aliquot

Primum nunc editæ, & Regu-  
lis subjunctæ.

I.  
ORATIO  
DE  
ORTU MENTIS HUMANÆ  
IN NATURALI HOMINIS  
GENERATIONE.

*Habitabit Jena, XXIX. Septembris,  
Anno M. DC. XXIII. cum publicam Logicæ &  
Primæ Philosophiæ Professionem ad-  
grederetur.*

**T**res vitales Spiritus, AUDITORES, crea-  
vit Omnipotens Deus: unum: qui carne  
non tegitur; alium, qui carne tegitur, sed  
non cum carne moritur; tertium, qui car-  
ne tegitur, & cum carne moritur. Primus An-  
gelorum est; secundus hominum, tertius animalium  
brutorum. Verba sunt Gregorii. Angelorum  
& animarum animalium brutorum origo liqui-  
dæ

Ppp

dz est veritatis, neque ulla ferè inter Viros eru-  
 ditos hodiè ista super re agitantur controver-  
 sia. Angelos enim omnes, quantum eorum  
 est, simul ac semel à Deò primitus ex nihilò fa-  
 ctos, neque amplius novâ creatione multiplica-  
 ri, vero simile est, neque naturali mutatione,  
 unum ab aliò generari posse certum est, tum,  
 quia natura eorum ab omni quantitate, divisio-  
 ne & corporeâ mole abhorret, & sic neque ex  
 seipsis semen projiciunt, neque aliunde mate-  
 riâ, quâ sine nullius rei creatæ generatio perfici-  
 tur, ipsis suppetit; tum, quia vis generandi re-  
 bus indita est ad speciei conservationem. Cùm  
 enim ipsæ perpetuæ ac æternæ non sint, sed quæ-  
 que earum successu temporis non elanguescat,  
 tantùm & debilitetur, sed & planè tandem defi-  
 ciat & intereat. Creator ipsis concessit virtutem,  
 quandam & facultatem, quâ aliæ, sed sibi simi-  
 lia, producant, & quod per se non possunt, in-  
 iisdem superstites sint & perennent. At Ange-  
 li cùm incorruptibiles sint, nullisque mortis le-  
 gibus obnoxii, adminiculi hujus nullatenus in-  
 digent. Formas animalium ratione carentium  
 è materiâ pendere, ab eademque separatas non  
 posse subsistere, concors & constans Philosopho-  
 rum consensus docet, conditiones operationum,  
 quarum scaturigines & auctrices sunt, abundè de-  
 monstrant. Cùm enim ad visionem requiratur  
 ope-

Viros eru-  
 ontrover-  
 n eorum.  
 nihilô fa-  
 multiplica-  
 utatione.  
 t, tum,  
 , divifio-  
 neque ex  
 de mate-  
 io perfici-  
 erandi re-  
 m. Cum  
 , sed qua-  
 guescat.  
 dem defi-  
 virtutem.  
 l sibi simi-  
 llunt, in  
 At Ange-  
 mortis le-  
 atenus in-  
 carentium  
 ratas non  
 ilosopho-  
 rationum,  
 bundè de-  
 requiratur  
 ope-

aperosa illa oculorum structura, ad audiendum,  
 mirabilis aurium conformatio, ad percipiendas  
 odorum differentias apta narium dispositio, ad  
 edendas voces, d. judicandosque saporés linguæ  
 concinna constitutio, non possit neque totum  
 corpus, neque ullum ejus membrum moveri, nisi  
 nervis, musculis, tendinibus præsentibus, repe-  
 raturque ideò nulla in hujusmodi animalibus  
 actio, quæ non per materiam & corporea instru-  
 menta absolvatur, aliter profectò statuere non  
 possumus, quàm formas eorum, quæ principia  
 & causæ sunt enumeratarum actionum, ita ma-  
 teria immerfas esse, ut citra eam nec esse pos-  
 sint, nec fieri, sed de potestate ejus educantur,  
 & sic per generationem naturalem producan-  
 tur. Ex ratione enim operationum de natu-  
 rà & origine formarum judicare Sapientes ju-  
 bent. Spiritus sive animi humani ortus non  
 tantùm Philosophos, sed & Theologos mirè &  
 vehementer exercuit, eosque in varias opinio-  
 nes divisit. Duæ inprimis sunt sententiæ, quæ  
 invaluerunt, eruditorumque assensum merue-  
 runt, & adhuc hodieque defenduntur magnò  
 partium conatu. Altera animos filiorum à pa-  
 rentibus derivat, & per generationem eos pro-  
 duci asserit. Altera eos tunc creari, & corpe-  
 ribus infundi, statuit, cum ea in uterò matris  
 satis ad hoc preparata sunt atque elaborata.

Quæ quidem sententia probabilior mihi, & à ve-  
rò minus remota videtur. Et cum, postquam  
ab *Illustrissimis & Celsissimis SAXONIAE DUCI-*  
*BUS, Nurriciis & alioribus inelyta hujus Acade-*  
*mia Munificentissimis, Dominis meis Clemen-*  
*tissimis, humilimeq; aeternum colendis, in locum,*  
*Clarissimi & Excellentissimi Viri, Dn. M. MI-*  
*CHAELIS WOLFFII p. m.* licet indignus, sum  
suffectus, Logicaeque & Prima Philosophiae cle-  
mentissimè mihi commissâ est Professio, prius-  
quam publicum docendi munus aggrediar, verba  
ex hoc locò facienda sint, constitui de hac ipsâ  
quæstione, nempe de *ORTU MENTIS HU-*  
*MANÆ*, dicere, & demonstrare, eam neque de  
potestate seminis educi, neque à mente unius vel  
utriusque parentis, accendi & propagari, sed à  
Deò adhuc hodieque creari, & in fœtum im-  
mitti.

Duabus autem patribus mea absolvetur Ora-  
tio: Primò certis & immotis rationibus, quam de-  
fendendam suscepi sententiam, confirmabo. De-  
inde, quibus machinis eam alii oppugnatume-  
ant, & quomodo refelli illas retrorsum, que rejici  
posse existimein, ostendam.

Sed & duo sunt, *AUDITORES*, de quibus vos  
velim præmonitos: Unum est, argumentis à testi-  
moniis aliorum petitis me non usurum. Quam-  
vis enim à me faciant Scriptores numerò pluri-  
mî, autoritate gravissimi, antiquitate maximè  
vè-

venera  
sunt de  
bracis si  
debo, n  
is in su  
Alterû,  
tiam &  
præcep  
ma, qu  
que eju  
in quib  
de scop  
veritat  
& exp  
modò,  
profer  
dam, a  
re vide  
Qu  
quibu  
tu me  
tiâ co  
V o  
te, &  
aures  
Si  
dior:  
gene

venerandi; quia tamen nec diversæ sententiæ desunt defensores eruditionis & famæ gloriâ celebratissimi, idcirco hoc probandi genere superferre debbo, nec tempus, quod utilius collocari potest, his infumam, quæ nec mihi, nec aliis satisfaciunt. Alterû, ne à me expectetis sermonis magnificentiam & splendorem, neque orationem hanc ad præceptionis Rhetorum exigatis. Cùm enim thema, quod eligi, ad Rhetoricam non pertineat, neque ejus sit conditionis, ut argumenta *in favè* in quibus Orator acquiescit, sufficiant, ac proinde scopus mihi propositus non sit *persuadere*, sed *veritatem*, quæ simplici gaudet stylò, *proponere & explicare*, Logicò utendum est disputandi modò, & sine affectu, sine verborum lenociniis proferenda, quæ ad meam sententiâ confirmandam, ad contrariam verò refellendam conducere videbuntur.

Quod dum facere conor, Vos AUDITORES, quibus, quod sepositis gravioribus negotiis rogatu meò convenire, & actum hunc vestrâ præsentia conddecorare volueritis, gratias ago maximas, Vos, quæso, favore vestro me prosequi pergitte, & per breve temporis spatium non gravatim aures vacivas mihi præbete.

Sic ergò nunc cùm bono Deo rem ipsâ aggredior: Quicunq; statuunt, animâ non creari, sed per generationem vel ab altero tantùm, vel ab utro-

que parente, in sobolem transfundi, illi necesse est afferant, ex materiâ aliquâ eam producti. Quicquid enim aliquando incipit esse, neque tamen ullam suâ originis agnoscit materiam, id hoc ipsô creati, dicendum est; cum creatio nihil aliud sit, quàm productio rei ex nihilo, hoc est, ex nullâ subjectâ materiâ.

Verùm antequàm hujus argumenti vela amplius pandamus, & alteriùs provehamur, removendum est id, quò cultum ejus temerari quidam conatur. Id enim, quod nos fundamenti loco posuimus, & quod hæcenus omnes pro firmissimo principio habuerunt, quidam contrariorum exemplorum ariete concussum it atque convulsim. Adducit *habitus animi, quos omni materiâ carere, neque tamen creari, asseverat.* Quod si verum est, meridianâ luce jam clarius evadit, non omne id creari, quod ortum suum nulli materiæ refert acceptum.

Verùm scrupulum hunc potius esse quàm scopulum existimo, à quo discursui nostro nullum metuendum naufragium. Præterquàm enim, quod respondere quis posset, sermonem nobis esse de iis rebus, quas *substantiæ* Philosophi vocant, & non de accidentibus; nullus ego ambigo, nullos tergiversor, sed audacter, & expressè pronuncio, *ipsis etiam habitibus sub-*  
*sterni quandam materiam, in qua non solum*  
*recipi-*

recipiam  
 servam  
 subje  
 filosof  
 si care  
 ria, ex  
 Sapien  
 sit, fo  
 aliud e  
 in fieri  
 rari ci  
 Potest  
 nima  
 quide  
 præste  
 bitibus  
 crebr  
 grati  
 A  
 mon  
 non e  
 nem  
 mat  
 prop  
 V  
 qua  
 natu  
 forr

recipiuntur, sed ex qua educantur quoque & quantantur. Sanè animam ipsam habituum esse subjectum sive materiam in qua, ut iterum Philosophi appellant, impræsentiarum controversiâ carere puto. Quod autem etiam sit materia, ex qua educantur, facillè concedit ille, qui in Sapientum scriptis versatus vidit & legit, quid sit, formam educi de potentia materie. Id nihil aliud esse dicunt, quam eam dependere à subjecto in fieri & in esse. Jam potestae habitus comparari citra animæ tanquam subjecti concursum? Potestne esse & permanere in rerum natura ab anima si separetur? Certè non potest! Quæ quidem sententia adeò vera est, ut multi, iique præstantissimi Theologi, idem de iis quoque habitibus affirmant, qui non industria humana & crebris actionibus acquiruntur, sed peculiari gratiâ divinitus infunduntur.

Atque isto nunc velut obice remoto, demonstratoque, omnem formam, quæ ex materia non oritur, creari, inchoatam argumentationem persequar, & ostendam, nullam planè dari materiam, ex cuius sinu animæ humanæ egredi & propagari possint.

Via autem, quam insisto, hæc est: Materia, quam animæ esse dicis, vel corporea aliqua natura est, utpote semen, aut aliquid ex semine formatum; vel ipsa spiritalis animæ substantia.

tia. Nullum hinc tertium dari potest, neque ad hunc usque diem repertus est quisquam, qui præter ista duo aliquid excogitare, nedum nominare fuerit ausus.

Non desunt, qui omnium viventium formas ortu exæquent, neque aliò modò unam, alio aliam fieri asserant. Omnes enim ex corporeo fonte derivant, & non modò eas, plantarum & brutorum quæ sunt, sed & humanas semini-potentia primùm inesse dicunt, ex quâ postmodùm educantur, & in actum erumpant.

Verùm enim verò sententia hæc præterquam quòd à plerisque eorum etiam, qui ortum animæ nostræ à generatione deducunt, pro absurdâ & rejiculâ habetur, firmis & evidentissimis refellitur rationum momentis. Annon enim anima spiritus est, omnis molis corporeæ experta? Annon moriente homine, ipsa morte immunis est? Annon aliquando è corpore tanquàm è domicilio suo exit, ab eoque separatur, & separata in rerum natura permanet? ita sanè est! Incorporea est, immortalis est, à corpore aliquando abstrahitur, abstracta durat, nihilominus & vivit ipsis etiam adversariis ultrò id largientibus. Atqui certissimum est, omne id, quod è corpore aliquo, tanquàm materiâ, extrahitur, ita esse ipsi adstrictum & alligatum, ut sejungi nequeat, aut, si sejungatur, hoc ipso intereat & evanescat. Nam quid, quæso, est, *aliquid de potentia materie*

extra-

extrahi  
ud, quàm  
esse. Ja  
line eo s  
Latinar  
telligit.  
esse pote  
de persp  
tia mat  
teria eff  
currere

Que

divulsi  
ipso co  
ex mat  
materi  
ere lav  
est, sed  
è cujus

Co

perpen  
Ma&ta  
cam,  
ejus re  
mater  
quod  
quiri  
nem,  
guesc

neque ad  
qui præ  
nomina  
formas  
am, alio  
corporeo  
ntatum &  
mini po-  
st modum  
eterquam  
m animæ  
bfurdâ &  
simis re-  
nim ani-  
e expers?  
immunis  
am è do-  
separata  
! Inco-  
iquando  
s & vitit  
us. At-  
corporea  
esse ipsi  
neat, aut,  
nefcit.  
materie  
extra-

extrahi? Diximus id jam antea, nempe nihil aliud, quam aliquid à materia dependere in fieri & in esse. Jam si aliquid ab aliquo dependet in esse, sine eo sanè esse non potest, quod intelligit, qui Latinarum vocum naturas & significationes intelligit. Eo ipso enim, quò aliquid sine aliquo esse potest, ab eo reverà non dependet in esse. Unde perspicuum est, ista duo, aliquid educi de potentia materia, & nihilominus sine corpore vel materia esse posse, infestis contractionis signis concurrere, & mutuò sese perimere.

Quod si alicui ita tribuatur materia, ut ab ea divulsam & segregatam duret & permaneat, hoc ipso concedimus, in materia illud esse, sed non ex materia; quo quidem modo corpus animi materiam esse, etiam iis notum est, qui nondum cre lavantur. Verùm de hac materia sermo non est, sed de ea, ex qua aliquid fiat, ex qua oriatur, è cuius potestate eliciatur.

Considerate, quaeso, mecum, AUDITORES, & perpendite formas animalium ratione carentium. Mactato bove, anima ejus evanescit, & ut ita dicam, in ventos ac fumos abit, neque quicquam ejus remanet. Quoniam scilicet, cum sit forma materialis, stabulatur in determinato corpore, quod *ἡγεμόν ἡμψύχου* appellatur, certamque requirit qualitatam dispositionem & temperationem, quibus deperditis vel mutatis, & ipsa elanguescit & corrumpitur. Quod si perinde anima

de potentiâ materiaeeducta est, cur non & ipsa, moriente homine interit & esse desinit? Aut si hoc, quod aliqua forma est materialis, hoc est, de potentiâ materiaeeducta, non impedit, quò minus à corpore separari & semoveri, & semota subsistere possit, cur non & anima bovis ex habitatio- ne suâ exire, ipsique superstes & sospes superesse potest.

His ita stantibus quilibet perspicit, laterem, lavare, omnemque perdere operam illum, qui argumentum hoc infringere, ejusque nervum incidere tali conatur responso: *Posse quidem, ait, animam à materia & corpore separari, & absque eò esse, sed id non fieri secundum naturam animi à principio à Deo creatam, secundum quam nunquam à materia & corpore fuisse separatus: Verum hanc dissolutionem esse stipendium peccati de sentiâ Pauli, Rom. VII. non tamen planè esse contra naturam: quandoquidem animus secundum operationes, & proinde etiam secundum suam essentiam à corpore separari possit.* Ita ille.

Acceptamus nos ambabus, quod ajunt, manibus, quod dicit, *animum secundum essentiam à corpore separari posse.* Atqui demonstravimus, id, quod è corpore tanquam è materia educitur, separari ab eo non posse. Neque quicquam refert, quod divulsio animi corpore quodammodo præter intentionem Dei artificis est, & animo ex accidenti, convenit. Demonstravimus enim nos,  
con.

contra  
terse edu  
quando  
competi  
ex accid

Atqu  
superqu  
teriam  
anima a  
mnes a  
sunt na  
est, & a  
indige  
sub un  
screta  
villum  
ejus.

Menfa  
defini  
cificæ

Seo  
mate  
tualiu  
nihil  
corp  
quã  
men

dam  
dan

contradictionem implicare, esse de potentia materiae eductum, & à materia divelli & seungi. At quodcumque aliquod prædicatum verè alicui competit ejus contradictorium neque per se neque ex accidenti de illo ipso affirmari potest.

Atque istis, nisi planè me fallit iudicium, satis superque evictum est, semen, aliudve corpus, materiam animæ nostræ non præbere. Sed nec anima materiam esse potest. Nam primò omnes animæ (de humanis loquimur) ejusdem sunt naturæ & speciei. Quod, quia manifestum est, & ab omnibus concessum, probatione non indiget. At materia, & id, cujus est materia, sub unius speciei vexillò non militant, sed discretæ sunt naturæ & definitione. Corpus bovillum materia est cum ipsius bovis, tum animæ ejus. At specie hæc neutiquàm conveniunt. Mentæ materiam lignum suppeditat; at hæc unâ definitione, quod certissimum discrepantiæ specificæ est signum, non comprehendatur.

Sed reget forsan aliquis, esse ista exemplar materiae corporeæ, & physicae, quæ rerum spiritualium materiae, quæ & ipsa res spiritualis sit, nihil possint præjudicare, cum ex ingenio rerum corporearum spirituales judicare, nihil aliud sit, quàm *verabàiver eis àλλοψύχον*, quàm argumentari à baculo & angulum.

Hoc *κρησφύγετον* & latibulum ut præcludam, omnemque dubitandi ansam præcludam, adduco ipsam animam intelligentem

tem

tem, quæ materia habituum est, ut supra demonstravi. Animam autem ab habitibus, ut & aliis suis qualitatibus, non specie solum, sed & genere secerni, etiam iis notum est, qui vix primis laboribus Philosophorum scripta degustarunt, adeo, ut nullum exemplum, nullum argumentum, nulla ratio robur nostræ propositionis infirmare ac labefactare possit.

*Secundo*: Forma nequit separari à materia sua, salvo manente composito, cujus est forma. Nam materia & forma sunt duæ causæ internæ, hoc est, essentiam rei ingredientibus & constitutentibus, & quidem ita, ut nec materia seorsim à forma, nec forma seorsim à materia compositum constituat, sed necesse sit, arctissimo vinculo eas jungi ac copulari. Jam anima filii animabus parentum non est agglutinata, sed longissimè ab iis sejuncta. Fieri itaque nullâ ratione potest, ut anima filii animam parentum nanciscatur materiam.

Sed nec illud fastidium argumentum, quod multi antea dissentientibus objecerunt, strenuè urserunt, & felicissimè defenderunt. Illud ita habet: Si ex anima parentis anima filii propagatur, aut ex tota anima parentis id fit, aut ex parte. Si ex tota, sequitur, aut unam eandemque numero animam parentem & filium participare; aut ipsam parentis animam novâ quâdam *μετὲν ψυχῶν* transire & migrare de ipso in filium, & sic peractâ generatione parentem, animâ de-

DE  
destitui  
mum.  
habere,  
dum.

Sed et  
duplex i  
hanc &  
tine, qui  
ducant.  
insuffici  
enim in  
lis erad  
te, ingen  
omittit.  
junction  
na, alia  
transve

Verù  
vix aère  
quidem  
est, quia  
demq;  
à patre  
libros t  
proced  
parenti  
ex tota  
parentu  
relictis

deslitui; quorum utrumque longè est absurdissimum. Si ex parte; necesse est, animam partes habere, & ex iis coaluisse, quod perinde ablutur.

Sed est, qui sese huic argumento opponit, & duplex ipsi vulnus intentat. Primò dicit, esse hanc *ἐκ τῶν ἰσχυρῶν ἀποιδεῖν*, eosque tantùm ferire, qui ex solo patre, matre exclusâ, animam deducant. Secundò propositionem nostram de insufficienti partiũ enumeratione accusat. Cum enim inferimus: *Si ex anima parentis anima filii traducitur, aut ex tota traducitur, aut ex parte, ingerit ille tertium membrum, quod subdole omitti, dicit, nempe aut uterque parens in conjunctione conjugali, mediante benedictione divina, aliam numerò animam filio, beneficio spermatis transvehendo communicat.*

Verùm enim verò tam leves illi sunt ictus, ut vix aërem percutiant, ipsius argumenti nec cutem quidem stringant. Priori enim vanitas aspersa est, quia eandem discursus noster vim habet, eademq; si non plura, sequuntur absurda, sive quis à patre tantùm, sive à matre etiam animum in libros transfundi contendat. Nam eodem modo procedere licet: Aut ex tota anima utriusque parentis animam habet filius, aut ex parte. Si ex tota, sequitur, vel unam eandemque esse filii & parentum animam vel ipsas animas parentum relictis prioribus sedibus in filium transferri. Si

ex

Si ex parte , ex partibus constare animam , necesse est.

Nec minus in altera sua responsione frustra est nosse Disputator. Nam illud, quod tanquam tertium duobus disjuncti nostri membris addit, non est ab illis disjunctam aut distinctum, neque si ipsum ponatur, difficultates cessant. Novimus illum cum multis aliis statuere, *in congressu conubiali, divina benedictione accedente. Et semine tanquam vehiculo interveniente, utrumque parentem fetus largiri novam & distinctam numero animam.* Atque hoc ipsum *επινοησις* est, contra hoc ipsum militat argumentum superius à nobis adductum. Statim enim redit quaestio, *ex qua nam materia sit illa anima, quam parentes tanquam cause efficientes fieri communicare dicunt?* Nam si non est creata, omnino aliquam materiam agnoscat oportet. Illa materia vel est semen, vel anima parentum. Si anima est, vel tota est, vel pars &c.

Parabam nunc transitum ad alteram Orationculæ meæ partem, sed revocatus à quodam argumento ab aliis allatrato, & idcirco, ut subsidio sibi veniam roganti, subsistere paulisper cogor. Id angustiis syllogistici cancellis inclusum vobis exhibeo: *Quod sit per generationem, id de interna vi corruptioni est obnoxium, quod quia quotidianâ confirmatur experientia, aliis probationibus supersedens. At animus est immortalis, nulli*  
sub

D  
Subiectus  
origo esse p  
solvere qu  
cit: Prop  
generant a  
nimam a  
sed prop  
passim.  
Verum  
distinctio  
rem con  
cum for  
tinde co  
per se ge  
A U D I T  
cut se ha  
per se con  
oidens ge  
rupribile  
quod per  
cedit ill  
omne id  
corrupt  
se, sive p  
Atque  
est, an  
potesta  
mabus  
Potera  
que gra

*subjectus interitui. Qui igitur generatio ipsius origo esse potest? Hoc argumentum cupiens dissolvere quidam, distinctionis gladio utitur, & dicit: Propositionem majorem veram esse in iis, que generantur per se, non in iis, que per accidens. Animam autem, quia formata, per se non generari, sed propter compositum, docente ita Philosopho passim.*

Verum incongruentem in presentia illam esse distinctionem, nec nostræ propositionis veritatem convellere, docent animæ brutorum, quæ cum formæ sint, per accidens generantur, & perinde corrumpuntur atque ipsa animalia, quibus per se generari datum est. Et perpendite, quaeso AUDITORES, mecum hanc rationem: *Sicut se habet id, quod per se generatur, ad id, quod per se corruptibile est: ita se habet id, quod per accidens generatur, ad id, quod per accidens est corruptibile: quia eadē est ratio utriusque. At omne, quod per se generatur, per se corrumpitur, ut concedit ille, cum quo jam nobis res est. Ergo & omne id, quod per accidens generatur, per accidens corrumpi potest. Cave autē dixeris, animā sive per se, sive per accidens corruptioni esse obnoxiam.*

Atque his, puto, satis ostensum atque evictum est, animas rationis participes non generari, è potestate seminis nõ educi, neque à parentū animabus accendi, sed quotidie novas à Deo creati. Poteramus quidem plures alias rationes, easque gravissimas, ex locupletissimo Philosophiæ penu

penu depromere, & in medium adducere, sed quia non numero, sed virtute & pondere res geritur, & præterea temporis ratio habenda est, idè ad alteram Orationis partem accedemus, & videbimus, quibus armis defensam à nobis hactenus sententiam ii, qui diversum sapiunt, eant oppugnatum? Daturi operam, ut ea è manibus ipsorum excutiamus.

Ante omnia objiciant nobis verba illa: *Crescite & multiplicamini, & replete terram*, quibus DEUS creator universo animantium generi primitus, postea à diluvio seorsim & peculiariter humano benedixit, ejusque mortalitati prospexit. Vi hujus benedictionis leo leonem, bos bovem, equus equum, & quodlibet aliud animal simile sibi procreat, non tantùm corpus ipsi concedendo, sed & animam largiendo. Jam si anima filiorum non à parentibus traduceretur, sed à Deo immediatè infunderetur, benedictio illa non eundè sortita esset effectum in homine animali omnium nobilissimo, quem habet in brutis; quod & à rei veritate, & à Creatoris bonitate dubio procul longè est averisissimum, qui non minùs verbis illis hominem allocutus fuit, quàm animalia cætera.

Respondeo: Ejusdem effectus benedictio divina in hominibus est, cujus est in bestiis, quatenus sicut congregantibus duobus brutis, masculo & foeminâ, successu temporis ejusdem naturæ animal

animal  
vita præ  
ex com  
maternu  
tate for  
perfund  
tus hor  
onis eju  
dere vel  
cacia be  
tis, si fl  
calvus  
rentes a  
iam ann  
figillati  
(contra  
pagari,  
ria edu  
animan  
si per o  
dictio o  
quoad  
torû fo  
se est, e  
sapius  
quod  
qua pe  
per ca  
hæc

cere, sed  
 e res ge-  
 da est, i-  
 emus, &  
 ois hacte-  
 eant op-  
 bus ipso-  
 la: Cre-  
 , quibus  
 eneri prio-  
 liariter  
 i prospere  
 , bōs, bō-  
 d animal  
 ipsi con-  
 m si ani-  
 ar, sed à  
 ctio illa  
 ine ani-  
 n brutis;  
 itate du-  
 non mi-  
 , quàm  
 ctio di-  
 , quate-  
 , mascu-  
 a naturæ  
 animal

animal in utero formatur, tandemque animâ &  
 vita præditum editur, & in lucem suscipitur: Ita  
 ex commixtione Viri & uxoris semen in agrum  
 maternum projectum in mille artus mirâ varie-  
 tate formatur, desinito tempore vitali spiritu  
 perfunditur, tandemque perfectus & consumma-  
 tus homo nascitur. Quod si modum producti-  
 onis ejusque singula momenta speciatim atten-  
 dere velueris & dicere, non esse ejusdem planè effi-  
 caciæ benedictionem divinam in hominibus & bru-  
 tis, si statuat: animam humanam creari, &  
 solius corpori conjungi, quoniam hæc ratione pa-  
 rentes corpus tantum procreant, bestiis ipsam et-  
 iam animam foetus largientibus. Si, inquam, ista  
 sigillatim tam exquisitè urgere volueris, vide,  
 (contra illos disputo, qui animam ab anima pro-  
 pagari, & quasi accendi, & non è corporea mate-  
 ria educi contendunt) ne asserere cogaris, etiam  
 animam humanâ è feminis potestate educi. Nam  
 si per omnia ejusdem est effectus & virtutis bene-  
 dictio divina in utroq; animalium genere, etiam  
 quoad modum productionis animæ; cum bru-  
 torū formæ ex mole corporea educantur, neces-  
 se est, etiam animas hominum ex illa evocari. Vis  
 sapius jam dictæ benedictionis in brutis hæc est:  
 quod mediante corporis formatione, in utero  
 quæ peragitur, animæ eorum è potentia materiæ  
 per causas naturales eliciuntur. In hominibus  
 hæc; quod Omnipotens Architectus per  
 eam

eam se certæ alligavit legi & ordini, ita, ut, quoties corpus humanum in utero ad certam conformationem & figuram perductum fuerit, ad esse, animamque ipsi infundere decreverit. Estne hinc effectus impotentior, virtus debilior, efficacia minor, quàm ibi?

Sed, cur inquis, virtute illius benedictionis anime hominum à parentibus non descendunt, sicut descendunt anime brutorum? Respondeo unò verbò, quia naturæ eorum repugnat, sicut ex his, quæ suprâ latè disputata sunt, perspicuum est.

Secundò adducunt locum ex *Cap. V. Genes.* ubi dicitur, *Adamum genuisse filium ad imaginem & similitudinem suam.* Hinc colligunt: *Si Adam filio non dedit animam, sed Deus eam creando immisit, non poterit dici genuisse filium; siquidem ut quis dicatur gignere aliquem, necesse est, ut ipsi essentiam suam tribuat. At essentia filii non in corpore solùm, sed & in anima consistit. Si igitur Adam filium genuit, sequitur, quod & animam ipsi concesserit. Et quomodo potest ad imaginem suam Adam genuisse filium, si animam largitus ei non fuit, cum imago illa in animo consistat?*

Verùm qui sic ratiocinantur, non animas advertunt, propria se cadere vineta, & afferre arma, sibi æquè, ac nobis perniciofa. Nam, ut mihi ipsorum propositione uti liceat, *nemo gignit nisi*

um, quem gignit, essentia sua participet. At si vel maxime anima per generationem oriatur & a parentibus in filium traducatur, non tamen dici potest, partem filio essentiam largiri. Nam de eorum qui generationem animæ per traducem tuentur, sententiâ, pater ad generationem filii plus non confert, quàm quod semine animatô uterum maternum conspergit. At semen animatum homo non est, neque essentia ejus animâ & semine absolvitur, sed animô & corpore organicô, quod ex elaborato semine constituitur.

Ut autem totus hujus argumenti penitus in-  
fringamus, sciendum est, in duo genera causam  
distribuere Philosophos, quorû unam *Physicam*,  
appellant, alteram *Moralem*. *Physica causa* di-  
citur, quæ ex se immediate, & suâ vi elicit actio-  
nem, & rem producit, comprehenditque suô  
ambitu non naturalia tantum agentia, sed ea et-  
iam, quæ in operando ratione & arbitriô suô u-  
tuntur. Hujusmodi agens est ignis, cum lignum  
vel aliud quid comburit. *Moralis* est, quæ non  
ex se immediate in rem influit, verè tamen & u-  
sitate ipsi tribuitur effectus, quatenus applicat,  
agens & patiens, vel jubet, aut consulit, aut ali-  
ud quid, quicquid tandem sit, facit, quod ad effe-  
ctû requiritur, & quod ipse effectus consequi so-  
let referturq; meritum vel culpa, quæ effectû com-  
mitatur, potius in ipsam, quàm in causam physi-  
cam. Hôc modô lignum vel librum comburere

299 2

illo

ille dicitur, qui eum in ignem conjicit, quamvis ipse destituatur potentiâ comburendi.

Jam quanquam Deus ter Opt. Max. solus animam creando producit, tanquam causa physica; nihilominus tamen pater rectè dicitur generare filium, ut cœula moralis, quatenus anima neque creatur, neque cum corpore jungitur, nisi semen in uterum effusum, ex eoque & sanguine, vel etiam semine materno, corpus membratim fuerit formatum.

Neque verò mirum alicui, aut partim sufficiens hoc nostrum videatur responsum, quando quidem si vel maximè animam aut ex semine educi, aut à parentum animâ accendi dicamus, nunquam, re etiam diligentissimè pensatâ & discussâ, aliter reperiemus, quam moralem tantum patrem filii esse causam; licet in modo quadam se offerat diversitas.

Accedo nunc ad *Cap. II. Genes.* cujus hoc est initium: *Igitur perfecti sunt Cœli & terra, & omnis ornatu eorum, complevitq. Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere, quod patrârat, benedixitq. diei septimo, & sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit, ut faceret.* Hinc si Deus, inquit, adhuc hodieq. creando animas ad productionem hominis concurrat, sequitur eum non quievisse die septimo à creatione.

Sed respondeo: Allegata Scriptura non dicit.

dicit, D  
quod pat  
absolute  
quiescere  
igitur qu  
dici abso  
At Deus  
adhuc t  
nis: Pat  
quo opero  
averat.  
cessavisse  
ipse textu  
& peritu  
tia retrah  
gocia av  
perfecto  
ra, & op  
vacavit  
de cessat  
modo ig  
pore Cre  
non, qu  
cui nihil  
mero co  
quæ suc  
addita  
taneum  
citur, n

dicit, Deum requiesisse à creatione, sed ab opere,  
 quod paraverat, vel creaverat. Quæ quidem  
 absolute intelligi nec debent nec possunt. Nam  
 quiescere est cessare à motu vel operatione. Qui  
 igitur quocumque modo operatur, is non potest  
 dici absolute & sine omni restrictione quiescere.  
 At Deus non solum die septimo fuit operatus, sed  
 adhuc usque diem operatur, juxta illud Johan-  
 nis: *Pater meus ad hoc usque temporis operatur, &  
 ego operor*; & quidem circa ea ipsa opera, quæ cre-  
 averat. Concedo quidem, & à creatione Deum  
 cessavisse, sed nec hoc absolute. Limitationem  
 ipse textus nobis suggerit. Nempè, artifex bonus  
 & peritus, & quem ab incepto opere nec indigen-  
 tia retrahit, nec difficultas deterret, nec alia ne-  
 gicia avocant, non desistit, non feriatur, nisi eò  
 perfectò. Quia igitur perfecti erant Cæli & ter-  
 ræ, & opus, quod fecerat Deus, completum, idè  
 vacavit ab eo. Potestque ex ratione perfectionis  
 de cessatione divinæ potentie judicari. Quo-  
 modo igitur mundus erat perfectus? Quò tem-  
 pore Creator egit ferias? *Quoad species rerum,*  
*non, quantum ad individua.* Nam perfectum est,  
 cum nihil deficit. At mundo plurima tum & nu-  
 mero comprehendi nescia deerant individua,  
 quæ successu temporis continuâ serie ipsi fuerunt  
 addita, & adhuc adduntur. Vero igitur consen-  
 taneum est, quod quiescisse Deus die septimò di-  
 citur, non aliter etiam, quam quod à creandi-

novis speciebus abstinuerit, esse accipiendum: quem in sensum etiam Augustinus praesentem explicat locum.

Nec alienum à textu est, si dicamus, à *creandis rebus completis Deum deservisse*. Nam qualia erant opera, à quibus dicitur quiescisse? Erant entia completa, ut Philosophi loquuntur. At anima incompletum quid est, & ad rei completa constitutionem ordinatum.

Sed & in *Capite XLVI Genes*, fiduciam habent, neque leve indelententiae suae conciliari robore xllimant. Id enim loci *anima, quae ingressa fuerunt cum Jacobo in Aegyptum, dicitur egressa de femore illius*. Quò dictò quid clarius? quid dilucidius esse possit? Si enim de femore Jacobi animae filiorum Israël sunt egressae, ab eo certè sunt propagatae, & non à Deo creatae & infusa.

Verùm quò pacto hic ictus repelli debeat, tam in proclivi est, quàm iacet quando pluit. Cujus enim oculis tantum pulveris offusum esse, potest, qui non videat, *partem* in adducto textu pro toto, *animas* nimirum pro ipsis *hominibus* per Synecdochen poni? Quod, ut alla omitram, vel exinde satis perspicitur, quod ibidem dicitur: *Filii autem Joseph; qui creati sunt ei in Aegyptos, erant anima dua*. At homo certè proprie non potest dici anima, neque fieri potest, ut forma de ipso composito sive formato proprie affirmetur. Necesse ergò est, vocem *animae* in propria signifi-

ca-

catione  
est Spiritus  
XIV, 21.

Allor. X  
manifest

Sed h  
animas,  
gressos,  
nostra j  
Jacobi l  
cum ani  
ad mone

Verù  
produn  
ca de ho  
neque in  
enuncia  
esse trib  
aut latr  
cum nil  
get, ani  
etiam e  
textit, a  
ficare, p

Tan  
cant in  
ginis vo  
creatio  
rit, & a  
Nam a

atione ibidem non sumi. Neque infrequens est Spiritus Sanctus hujus locutionis, sicut ex *Gen. XIV, 21. I Reg. XXII, 22. & 23. Levit. IV, 27. Actor. XXVII, 22.* & aliis Sacræ Scripturæ locis manifestum est.

Sed hanc ipsam confessionem, quâ asseritur, *animas*, id est, *homines*, de femore Jacobi esse egressos, gladium esse existimant, quo sententiæ nostræ jugulum confodiatur. Si enim è *lumbis Jacobi homines fuerunt egressi*, ergò & *animarum anima hominis præcipua sit pars, sine qua ne admonentum quidem esse & subsistere potest.*

Verùm qui nos hæc aggrediuntur viâ, suam produnt imperitiam, non advertentes, non pauca de homine affirmari, quæ animæ repugent, neque intelligentes, ex eo, quod de toto aliquid enunciatur, ineptè colligi, partibus illud quoque esse tribuendum: sicut homines sæpè à tyrannis, aut latronibus, aliâve violentia occidi constat, cum nihilominus Christus apud Matthæum neget, animam occidi posse. Discere hoc ipsum etiam ex Philosopho licet. Nam homo quidem textit, ædificat. At dicere *animam texere, ædificare*, pro absurdo habet ille *I. de anima cap. IV.*

Tandem omne causæ suæ momentum collocant in noxa primigenia, quam *Peccatum Originis* vocant, quod quomodo, stante animarum creatione, ab Adamo in posteros translatum fuerit, & adhuc hodieque transferatur, non apparet. Nam aut puram Deus creat animam, & culpâ

vacantem, aut impuram, & peccati labe contaminatam. Utrumcunque afferas, in extricabilibus involveris absurdorum laqueis. Si hoc affirmas: Deum constituis authorem peccati; quod dictu impium, auditu horrendum. Sin illud: à quonam animam peccatò infici dices? Profectò non aliunde, quàm à corpore, in quod immittitur, cum quo copulatur. Atqui Spiritus à re corporea pati nescit, neque malis ejus conquinatur. Et si maximè inquinaretur, nondum tamè omninò deo esse infamis peccati culpà, sed iniquitatis perageretur reus, qui animà innocentè & purà damnaret, & in corpore impurè detrunderet, ex quo pollueretur. Hæc sunt brevìa illa, hæc syrtes, quas timent & exhorrescunt, quicumque mare hoc navigant. Hoc unicum est, quod multos sententiæ nostræ fecit infensiores, & ipsi quoque Augustinum *ἐπέχεν* & dubitare cœgit.

Sed quid si dicam, Deum creare animam impuram *materialiter*, ut cum Philosophis loquar? Hoc est, creare animam, quæ impura sit, sed non creare ipsam impuritatem sive peccatum, per quod impura redditur?

Sed unde ergò, inquis, peccatum contrahitur? Respondeo: Peccatū illud mera privatio est imaginis divinæ & justitiæ, quâ primus homo condecoratus fuit, neque requirit causam physicam,

D  
i qua pr  
unt, neq  
nebrofa,  
ri impur  
tor imag  
tam orig  
Quod  
impuram  
riusculu  
expedire  
um crea  
impuram  
pars bo  
corpore  
cūm sat  
nament  
Sec  
contrah  
Deo cr  
anima  
qui ex  
ctum f  
eaque  
tur.  
nam te  
gener  
& pri  
runt,  
cessè.

qua producatum. Sicut ergo tenebræ neque fiunt, neque efficiuntur, sed inde res dicuntur tenebræ, quod non illuminantur: Sic animam creatam impuram, est, eam creatam ita, ut non concreatur imago divina, & si quid aliud est, cujus peccatum originis privatio est.

Quod si id, quod dixi, *Deum animam creare impuram*, teneras forsan offendat aures, & duriusculum alicui videatur, agite, videamus, an non expedire nos etiam valeamus, si asseveremus, *Deum creare animam puram, eam verò maculari & impuram effici, quatenus jungitur corpori, & fit pars hominis?* Neque sequitur inde, *animam à corpore physice infici, & sic spiritum à corpore pati, cum satis sit, dari causam moralem hujus inquinamenti, quod est peccatum Adami.*

*Sed quomodo, inquis, anima labem ab Adamo contrahere potest, cum ab eo non descendat, sed à Deo creetur?* Respondeo: Licet ab Adamo anima non trahatur, quia tamen illa hominis, qui ex Adamo oritur, eò modò, quò supra dictum fuit hominem ab homine generari pars est, eaque peccati capax, ideò labe ejus coinquinatur. Quia enim primus homo sustinuit personam totius generis humani ab ipso per naturalem generationem propagandi, ejusque caput fuit & princeps, ideò in ipso etiam omnes peccaverunt, & culpæ participes sunt facti, indeque necesse fuit, ipsas etiam animas posterorum reddi

impuras, quia sedes peccati, si non solum, præcipue tamen anima est,

Neque verò Deus, quia animam puram corpori jungit impuro, iniquitatis reus peragitur, tum quia ille, cum nondum peccatum in mundum intrasset, decretum fecit de creando homine, & multiplicando genere humano, quod quia fieri per nullam potentiam potest, nisi animæ corporibus jungantur, ideò decreto illò statuit etiam animas in corpora immittere; tum quia anima res incompleta est, & de natura sua ordinata ad hoc, ut in corpore habitet, non, ut extra illud subsistat.

Atque hinc etiam patet, animam hoc ipso, quod à Deo in corpus immittitur, non damnari, cum per naturam suam ad corpus propendeat, cum illo jungi desideret, neque ex hac conjunctione quicquam damni faciat, nisi ex accidente. Hinc etiam religio mihi est dicere, animam in corpus *derudi*; quandoquidem hoc verbum violentiam quandam importat, cum tamen anima nullam patiatur vim per hoc, quod in corpus immittitur, sed hic status ei sit secundum naturam. Deus igitur animam corpori jungit, quia humanum genus vult conservare. Quod autem per conjunctionem illam anima peccato inficiatur, ipse in causa non est, sed inobedientia primi hominis.

Inquis: si anima maculatur, & sit impura, quate-

quatenus  
jungit, L  
quitur ad  
causam e

Respo  
tionis i  
est, & m  
ma per i  
sic à De  
quam a  
quod pe  
cam no

Atq  
famosis  
si non e  
meus n  
vere hu  
quante  
ta diffi

Quod  
mani  
me

quatenus corpori jungitur, & verò, qui eam conjungit, Deus est, sicuti modò fuit assertum; sequitur adhuc, Deum facere animam impuram, & causam esse contractæ noxæ.

Respondeo: Non sequitur, quia cum conjunctionis istius duæ sint causæ, physica, quæ Deus est, & moralis, quæ homo, impura redditur anima per illam conjunctionem, non quatenus physice à Deo est, sed quatenus ad hominem, tantquam ad causam moralem, refertur. Quò facit, quod peccatum, cum sit privatio, causam physicam non requirit.

Atque hæc etiam sunt, AUDITORES, quæ circa famosissimum hoc argumentum afferre volui, cui si non omni ex parte satisfeci, conatus tamen meus non erit reprehendendus, & si penitus solvere huic nodum non potui, confido tamen, altquantum eum esse laxatum. Est aliquid in tanta difficultate,

*prodire tenuis, si non datur ultra.*

Quod si hic etiam vel alibi lapsus forsitan, & humani quid passus sum, velim in iis me esse existimetis, qui patiuntur se reduci in viam, & meliora momentibus obtinere.

D I X I.

PRO.

## PROGRAMMA.

L. S.

**I**N mentis humanæ originem nunquam non anxie fuit inquisitum ab iis, qui Sapientie studio incubuerunt, discessumque hoc super nagatio est in variis opinionibus. Et qui fieri aliter potuit? Cum enim res corporeæ & visui obvia cogitationes nostras frequentissimè eludant & suspensas teneant, quid mirum, si in contemplatione rei spiritualis, & à sensuum commercio remotissime, hallucinemur & in diversa abripiamur? *Que ex Veteribus nonnulli formularunt, jamdudum exoleverunt, communique eruditorum suffragio è scholis sunt explosa. Duetique sunt sententiæ, quæ irroboraunt in veteraveruntque & argumentorum, quibus nituntur, vel firmitate vel specie assensum extorserunt non Philosophis modo, sed & iis, qui cœlestem & in Sacris literis patetiam profitentur doctrinam. Earum altera aubuc hodieque animas creari, & divinitus in corpora infundi statuit; altera per generationem eas uniri asserit; quamvis hanc ipsam qui amplectuntur, in contraria abeant. Nonnulli enim de potentia materia eas educi arbitrantur, alii ab alterius vel utriusque etiam parentis anima accendis & in corpora traduci censent.*

Hinc atque hinc altæ rupes geminique minantur

In cœlum scopuli!

Et

Et ut  
perdiffici  
hendes.

infuit o  
tendi mu

vis a rat  
nis à. e. j.

hac ipsa  
stigmat, d

bilior m  
riam. so

ea adan  
mitur.

omnia s  
part: un

Illustrer  
RICUA

Domir  
hujus p

ordinen  
sepositu

dici hor  
desse, m

tuitur  
nentur

DEL  
publico  
quam

rudim

Et utramvis amplectaris sententiam, diversam, perdifficilem, & tantum non àxàdsciprorum deprehendes. Ego cum de laudabili Academia hujus institutio & consuetudine prius, quam publicum docendi munus aggrediar, de materia aliqua, vel vitæ rationem concernente, vel ad contemplationis àxèsciarum pertinente, verba facere teneat, de hac ipsa controversia, quæ ortum animi nostri investigat, dicam, utra ex duabus illis sententiis probabilior mihi & à vero minus adversa videatur, apertam, solidam & inconcussa rationum momenta pro ea adducam, & quomodo difficultates, quibus premitur, amoveri posse existimem, ostendam; & hæc omnia solius veritatis amore, procul habito omni partium studio. Magnificum Dn. RECTOREM, Illustræ & generosissimum Dominum, Dn. HENRICUM PETRUM, Comitem à Guttenstein Domini nostri clementem, omnesque Academiæ hujus proceres, ut & florentissimum Studiosorum, ordinem, devotè, officiosè, amanter oro rogoq; ut sepositis aliquantisper suis negotiis proximi Veneris diei horâ nonâ in Auditorio majori recitationi adesse, meaque Oratiuncula, quibus ipsa per se destituitur, splendorem & gratiam aspergere ne dedignentur. Ad Calend. Decembr. horâ tertiâ, quod DEUS felix & auspiciatum esse jubeat, lectiones publicas exordiar, proposituræ primæ Philosophiæ, quam Metaphysicam appellant, Institutiones sive rudimenta. Quas voces cum usurpo, brevitati & evidenti.

anxi  
incu-  
in va-  
enim  
as fre-  
à mi-  
sensu-  
in di-  
alli so-  
nigre  
Due  
tera-  
r, vel  
Phi-  
sacris  
arum  
mitus  
onem  
mple-  
m de  
b al-  
endi,  
mi.  
Et

evidentia me alligo, & significo, ea que diffusè & prolixè ab aliis dicta sunt, in pauca me collatarum, que obscura & tenebris obvoluta, luce & perspicuitate donaturum. Quin nec ista tantum vis, quibus auscultationes has obire placuerit, offero & promitto, sed

quicquid in arte meâ possum promittere curâ.

P. P. 7 E N Æ

XXIII. Novemb. Anno M. DC. XXIII.

II.

ORATIO  
DE  
MENDACIO,

An possit esse licitum?

Habita Anno M. DC. XXXI. cum Rectoratum Academicum publicè accederet.

**S**I fata meo mihi fingere arbitrio, vitæq; momento ex sententiâ conformare licuisset, non jam in tam, augusto consistere loco, sceptrâ Academica manibus hisce non accepissem, nec epomide hâc iadutus in tot Magnorum & Amplissimorum Virorum, in tam Nobilibus & Splendidæ Juentutis conspectu verba facerem. Ut enim omnem per ætatem honestam quietem ambitioni & strepitui publicorum negotiorum

num præ  
vivendi  
ribus con  
aurem si

Vive tibi

Sevum

Effugit h

Læta

Crede mi

Ita nec ja

quâ: ut

telicere

ris meis

Sanè

multaru

blicæ ad

ominati

gitratu

ris vias

bu al d

reclâ ad

sthenes

re conf

metus,

si ei,

duobus

turum

Qu

mifera

num prætuli, beatius esse arbitratus, mediocres  
vivendi rationes sectari, quàm extolli, & alio-  
ribus conditionibus, implicari insulurante in-  
aurem sic Poëta:

*Vive tibi, & longè nomina magna fuge,  
Vive tibi, quantumque potes, prælestis a vita:*

*Sevum prælustri fulmen ab arce venit.  
Effugit hybernas demissa antenna procellas*

*Letæque plus parvis vela timoris habent,  
Credere mihi, benè qui latuit, benè vixit.*

Ita nec jam quidquam in votis magis haberem,  
quàm ut in posterum quoque privato mihi vive-  
re liceret, nec tantum & tam grave munus hu-  
mæ meis esset impositum.

Sanè nullò non tempore Viri sapientissimi, &  
multarum rerum experienciâ clarissimi, Reipu-  
blicæ administrationem summoperè fuerunt ab-  
ominati. Themistocles audiens, quosdam Ma-  
gistratum ambire, *Si mihi, inquit, duas ostenderi-  
tis vias, quarum ad sepulchrum una, altera ad tri-  
bunal duceret, multò libentius eam ingrederer, que  
rectè ad mortem ferretur.* Cui astipulatus Demo-  
sthenes ad Juvenes, quos habebat familiares, dice-  
re consuevit, *sibi experto jam, quantum invidia,  
metus, calumnia atque discriminis expectandum  
sit ei, ad Republicam accedere qui cogitet, si ex  
duobus alterum sit eligendum, cuius in exilium i-  
turum, quàm ad fugæ gestum aut tribunal.*

Quod si aliis in Rebus publicis tam dura, tam  
miseræ & calamitosa Magistratûs est conditio,  
quid

quid de illo sentiendum, in Academiis qui geritur? Alibi enim non pauca occurrunt, quæ in officio cives continere possunt: ejusmodi sunt domicilium, omnis generis possessiones, uxor, liberi, quorum intuitu homo iram sapè cohibet, vindictæ cupiditatem omittit, à commessationibus, omnibusque voluptatibus, quibus pecunia & bona alia dilapidantur, & ad egestatē homines rediguntur, abstinent. Accedit, quod ipsa ætas istiusmodi subditos ab efferatis adolescentiæ moribus & intemperie abstrahit. At regimini Scholastico subiecti nullo horum vinculorum constringuntur, nullum vitæ suæ modum habere norunt: feruntur temerè & effrenatè, quocumque eos rapiunt indomiti affectus: Nullis se putant teneri legibus: rectè monentibus Præceptoribus aures dare contumeliosum sibi existimant: Magistrati medium digitum ostendant, & unò verbo ut dicam, omnia sibi impunè licere arbitrantur.

Quæ omnia vehementius me afficiunt, majorumque sollicitudinem terroremque incutiunt, quò ab iis artibus & naturæ dotibus, quibus ista mala, si non sanari & tolli penitus, leniri tamen & tolerabilia effici posse videntur, minus instructum me esse sentio.

Ad gubernandam Rempublicam ingenium requiritur promptum, expeditum & multiplex, magnâ rerum opus est experientia, singularis præ-

præstò  
tibus. ex  
tunis pul  
reprimen  
diam co  
subire so  
tantæ im  
mne cat  
vita umi  
nec disc  
arias art  
neque q  
opificii  
fuerit in  
mitti, q

O si  
adesser  
jus nun  
quand  
gricult  
mal ar  
cum in  
gubern  
bonâ v  
ci, re

Nu  
summ  
hi mar  
certè

præsto esse debet constantiâ, ut, rebus ita ferentibus, ex tempore consilium capere, salutis & fortunis publicis succurrere, improborum audaciâ reprimere, bonos & innocentes defendere, invidiam contemnere, injurias & tempestates, quas subire sæpè oportet, ferre & sustinere possit. Hæ tantæ imperandi artes quæ sitæ esse possint in *hominis cathretraria*, ut Seneca appellat, cujus tota vita umbratilis fuit, qui forum nunquam attingit, nec disceptationibus causarum interfuit? Manuarias artes nemo exercet, qui eas non didicerit: neque quisquam aliquid faciendum locat ei, qui officii illius planè est ignarus. Quàm igitur fuerit inconveniens, publicos Magistratûs ei committi, qui omni rerum usu destituitur,

O si Anaximenes, Socraticus ille Philosophus adesset! quam metuendum foret, ne censuram ejus nunc audire cogeremur: Is Athenienses aliquando monuit, *ut asinos aquæ atque equos ad agriculturam deligerent*, cumque illi dicerent, animal arationi ineptum esse, *quid refert?* inquit, *cum in vestra Republica Duces sint, qui nunquam gubernandi rationem didicerunt?* Quod tamen bonâ vestrâ cum pace, PATRES ACADEMICI, retulerim.

Nunquàm sanè persuadere mihi potui, fore, ut summus Reipublicæ Scholastici Magistratus mihi mandaretur. Si nullum aliud argumentum, certè corporis mei incommoditates tutari me-

Rrr

pet

posse, earumque intuitu parcituros mihi vos esse, PATRES ACADEMICI, speraveram. Sed nulla erat elabendi via, neque ullâ ratione à proposito averti potuistis.

Scribit alicubi Philosophus: *nonnullos, si longè à malis abfuerint, fiduciâ esse plenissimos, qui, si fuerint proximi, metu moriantur.* Cùm primùm summa suffragiorum vestrorum hõc in negotiõ mihi referretur, videremque mox, nullis exceptionibus ea mutari posse, tantoperè fui consternatus, ut quid dicerem, aut cogitarem, nescirem. Quando jam illa mala, quæ functio hæc æquè secum affert atque umbra corpus, invidia, odium, injuriæ, calumniæ, pericula, & mille molestiæ jam oppetunt, imò penè me circumstant atque comprehendunt, quid animi mihi esse arbitramini?

Sed quid ego hæc nec quicquam ingrata revolve? quid querelis tempus consumo? & commemoratione tantarum difficultatum me ipsum differo & excrutio? Jacta jam est alea: eò deducta res est, ut pedem retrahere amplius non sit integrum. Quin igitur in honorifico vestro de me judicio acquiesco, voluntatem meam ad arbitrium vestrum compono, & jugum, cui collum jam subdidi, non invitus sustineo.

Erigit me & consolatur auxilii divini fiducia, quod nunquam destituit eos, qui legitimis ad potestatem publicam perveniunt mediis, moderate,

ratè, &  
adiones  
git me f  
abundè l  
presenti  
prudenci  
tionem l  
Vos iis p  
OPTIMA  
vabitis:  
am hum  
gerere st  
torum vo  
pectatio  
& quant  
Quor  
bus mor  
miæ huj  
rum cor  
mandos  
constitu  
ximi in  
& intric  
utramq  
Quod d  
dinum s  
ut per q  
bere, &  
meam f

ratè, & cum metu Numinis eâ utuntur, omnesq; actiones ad salutem Republicæ referunt. Erigit me favor vester, PATRES ACADEMICI, quem abundè hæcenus testatum erga me fecistis, bono præsentique animo esse jubet, quod quanto ergò prudentiæ earumque rerum, quibus ad gubernationem Republicæ opus est, sum expertior, tantò Vos iis præstatis & antecellitis. Vos PATRES OPTIMI, vestris consiliis me dirigetis: auxilio juvabitis; subium confirmabitis; errantem in viam humaniter reducetis. Ego ita vicissim me gerere studebo, ut ne beneficiorum in me collatorum vos poeniteat. In id incumbam, aut expectationi vestræ, si non ex assè, ex parte tamen & quantum tenuitas mea patitur, satisfaciam.

Quoniam autem præclarum hunc à majoribus morem accepimus, ut insolentibus Academiae hujus actibus, de materia aliqua, vel ad rerum contemplationem pertinente, vel ad formandos mores idoneâ, verba fiant, ideò & ego constitui quæstionem quandam, ut utilem, & maximi in vitâ humanâ usûs, sic arduam admodum & intricatam, proponere, deque eâ productis in utramque partem argumentis breviter disputare. Quod dum facio, à vobis *Auditores omnium Ordinum splendidissimi*, maximò contendo opere, ut per quartam horæ partem vacuas aures præbere, & æquanimitate vestrâ & favore balbutientem meam sublevare velitis.

R. F. 2

Que:

Quaestio ita consuevit proponi: *An mendacium possit esse licitum?* Ubi nemo existimet, quoniam unquam tam perfrecta frontis, tamque profligata fuisse improbitatis, ut quodvis mendacium sine discrimine probaret, & in licitis esse statuerit. Non enim sacrae literae tantum mendacia severissime prohibent & detestantur, mendacibusque poenas denunciant gravissimas: quemadmodum octavo praecipit interdicitur, *ne falsum perhibeamus testimonium contra proximum.* Et *non mentiumdum*, scriptum est, *Levit. XIX.* Atque *perdes omnes, qui loquuntur mendacium,* *Psal. V.* Nec non *Proverb. XII.* *abominatio sunt Domino labia mendacia.* Et cui non nota sunt plurima alia Scripturae dicta, quae in eandem loquuntur sententiam? Verum etiam gentiles qui à vero DEI cultu fuerunt alienissimi, omnesque adeo nationes & populi mendacium pro summo habuerunt flagitio. Hinc Menander mendacium *rem intolerabilem esse* dixit. Et Euripides, *Infelix est, qui mendacia, et si bona ei videantur, potius usurpat, quam quae mala esse iudicat, vera.* Persae ter in mendacis deprehensio perpetuum imponebant silentium. Artaxerxes linguam mentientium clavo trifido affigi curabat. Unde quaerere: *An promiscue quodlibet mendacium sit licitum,* in iis numerandum est problematibus, quae in controversiam aut disceptationem vocari, Aristoteles *I. Top. c. XI.* vetat, eosque.

que, qui  
se, aut se

Id igitur  
me men  
quocunq  
qua voc  
ferè non  
verso m  
quo mi  
se affic  
simuletu  
qua mo  
esse vide  
formari  
aut cont  
hoc ipso  
sine pecc

Qua  
passim i  
si insciu  
& ψευδ  
tatione  
en q̄ d̄  
cap. VI  
esse, ψ  
non est  
vocabu  
mus u  
hoc sig  
De

que, qui de iis dubitent, vel pœna coërcendos esse, aut sensu indigere asserit.

Id igitur, de quò hic quærimus, est: *An omnine mendacium sit peccatum, ita ut nullum plane, quocumque vocetur nomine, excipi queat?* Imò quia vocabula mendacium & mentiri in meliorem ferè non solent usurpari partem, sed potiùs universo mundo exosa sunt, nemoque reperitur, in quo mica insit honestatis, qui non summam se affici injuriã queratur, mendacii si insimuletur: ideò loco ipsorum utemur voce falsi, quæ mollior non nihil & rē adiacentem capacior esse videtur. Quæstio igitur nostra hoc modò formari poterit: *Utrum omnis, qui falsum dicit aut contra loquitur, quam rem sese habere novit, hoc ipso peccet? An verò aliquis detur casus, ubi sine peccato id facere possit?*

Quamquam certè apud Philosophum nostrum passim is est vocum ψεύδος & ψεύδεσθαι usus, ut si inscius, nulla tua culpâ falsum dixeris, ψεύδομαι & ψεύδεσθαι vocetur. Libro I. enim de interpretatione. Enunciationem orationem esse ait, ἐν ᾧ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει. Et IIX. Met. cap. VII. dicere quod non est, esse, aut quod est, non esse, ψεύδομαι. Id autem, quod est, esse, aut; quod non est, non esse, ἀληθές. Unde cum & nos istia vocabulis in progressu presentis Oratiuncule sumus usuri, sæpè non aliter, quàm in generali hoc significatu, quo cum falso retrocurrunt, accipimus, volumus.

R. 113

Sed

Sed ut omnibus ambagibus veniamus ad rem ipsam. Autores sunt número plurimi, antiquitate venerabile, eruditione & auctoritate celebratissimi, qui per se & suam naturam malum esse asserunt, si quid sciens & volens proferas, quod à re ipsa discrepet. Quod autem sua natura malum est, id perpetuò malum est, nullòque casu, nulla externa circumstantia bonum & licitum fieri potest. Quam in sententia est Divus Augustinus qui *in 1. libro de mendacio* id multis ostendere conatur. Idem defendit Jus Canonicum 22. q. 2. & Scholastici *in librum tertium sententiarum, & secundam secundæ Thomæ*; & non pauci quoque ex nostratibus.

Alii autem contrarium asserunt, & sunt quoque ex nostris Theologis nonnulli magnæ auctoritatis viri, qui vulgarissima illa distinctione ex glossa ordinata ad Psalm. V. inter mendacium, officiosum, jocosum, & perniciosum quæstionem, facile decidi posse censent. Dicunt autem, nomine mendacii officiosi illud sibi venire, quando quis falsum dicit, non temerè & ex levitate aliqua, sed quia vel DEI honor id requirit, vel salus publica, vel salus proximi, vel salus propria. Hisce ex causis mendacium dicere, non esse per se vitiosum, & à rectâ ratione alienum, sed cum ea potius convenire asserunt. Idem de jocosum affirmant, idque pro vitio habendum esse negant, quod virtuti homileticæ, urbanitati nimirum, inserviat. Solum igitur perni-

isum  
& per se  
Ab ha  
dorus T  
logi scrip  
aliud illi  
minimo pr  
tum est.  
lum. C  
convicii  
Tractatu  
& sine g  
Doctores  
viro per  
non lita  
Adduc  
pturis n  
mò men  
ham, ne  
adiret. F  
suâ esse  
Genes. X  
tita. Ex  
sine ope  
conseru  
câ de c  
Dei cu  
& exen  
XXVI  
tam eti

*isum* mendacium esse ajunt, quod simpliciter & per se malitiam & perversitatem includat.

Ab hac sententia non alienus fuit Dn. D. Theodorus Thummius, quando in explicatione Decalogi scripsit: *Est autem mendacium aliud licitum, aliud illicitum, illud quandoque concessum, hoc omnino prohibitum. Mendacium honestum & licitum est, quod cum commodò proximi est conjunctum.* Quæ verba quanta acerbitate, quibusque conviciis insequetur Jesuita Fœrerus in quodam Tractatu, publicè notum est. Et certè si ita nudè & sine grano salis intellecta verba sua dictus Dn. Doctor voluisset, (quod de tantò & tam erudito viro persuadere mihi nondum possum) veritati non litasset, sed multis absurdis januâ aperuisset.

Adducere pro ista sententiâ consueverunt ex Scripturis nonnullos Sanctorû, qui fuerint mentiti. imò mendaciû alicubi comendari asserunt. Abraham, ne propter Sarâ uxore suâ mortis periculum adiret, Pharaoni & Abimelecho Regibus, *sororem suâ esse* respondit *Gen. XII. & XX.* Idem fecit Isaacus *Genes. XXVI. & Exod. I.* leguntur obstetrices mentitæ. Excusabant autem se, quòd *Hebrææ mulieres sine ope suâ parerent*, cum tamen dicantur *vivos conservasse.* Nec minus tamen dicitur ibi, *Deum eâ de causa iis benedixisse.* Affirmandumne est, Deû cuiquâ propter peccata benedicere? Afferunt & exemplû Jacobi, què mentitû esse constat *Gen. XXVII.* cum se *Esavû esse* Patri affirmaret; mentitam etiâ esse Judithâ, & alios.

Sed quia hæc fortassis non tanti sunt roboris, & ad ea ab aliis jam olim est responsum; ideo iis nunc missis, primum argumentum sumo à parte illa calliditatis egregia, & ab omni reprehensione procul semota, cujus opera, quia latinâ appellatione vix aptè exprimi possunt, Græcâ *στρατηγέματα* dicuntur, quemadmodum ea describit Valerius Maximus. In tanta exemplorum copia, unum adducam, quod præ aliis rem mihi expedire, & nulla ratione eludi posse videtur. Josua. Hærum eversums propè eam in insidiis locavit aliquot virorum millia. Cùm verò ipse cum toto exercitu accessisset, & Rex Hæi eam civibus egressu esset, acie conflicturus, Josua simulatâ fugâ longe eos ab arbe avulsi, effuderuntque sese ex eâ omnes, qui ad custodiam ejus remanserant, persecuturi hostes. Quò factò, signòque à Duce acceptò, insidiæ urbem apertam & defensoribus destitutam capiunt, subiectòque igne comburunt. Dubium hîc nullum est, quin Israëlitarum opere ipsò præ se tulerint, & consultò significaverint, id esse, quod non fuit. Fugâ enim suâ hostibus & persuadere voluerunt, & persuaserunt, quasi territi eruptione & viribus eorum, desperata urbis occupatione, sua de salute cogitarent, eamque pedibus consequi intenderent. At si opere aliquò & gestibus significare licet, id esse, quod non est, aut non esse, quod est: cur non idem verbis facere concessum fuerit? cùm eadem

utroque

utrobiq;  
falsa sign  
mendaciu  
jus operis  
Quin Ph  
το αληθε  
nibus, &  
que quæ  
factum h  
psi asper  
bente De  
mè testa

Quer  
bus aut  
lent in fi  
alicujus  
locus su  
lo labor  
depelli  
ad com  
est, tan  
pterea M  
riata re  
silentic  
plo doc  
fidium  
borant  
magin  
Ean

verobique sit ratio. Et si, definiente Augustino, falsa significatio vocis cum animo fallendi est mendacium: cur non & falsa significatio alicujus operis & gestuum mendacium appelletur? Quin Philosophus & II. & IV. *Ethicor: cap. VII.* το εἰληθεῖεν καὶ τὸ ψεῦδες εἶναι similiter in sermonibus, & actionibus, & fictione collocavit. Neque quemquam eò audaciæ progressurum puto, ut factum hoc Josuæ carpere, aut quicquam labis ipsi aspergere, velit. Fecit enim id autore & jubente Deo, quod textus Josuæ *Cap. IIX.* clarissime testatur.

Quemadmodum autem in expugnandis urbibus aut devincendis hostibus non raro plus valent insidia & stratagemata, quam vis & magni alicujus exercitus robur: Ita & in arte Medicâ locus suus est ingeniosis commentis, & cum nullo labore, nullis medicamentis morbus frangi & depelli potest, ad accommodata mendaciuncula, ad commentitia quædam figmenta decurrendum est, tantumque abest, ut in reprehensionem propterea Medicus incurrat, ut laudem potius & gloriam reportet. Ut temporis redimendi gratiâ silentio alia præteream, uno atque altero exemplo docebo, quàm necessarium id Medico sit subsidium, ad liberandos eos, qui Melancholicis laborant deliriis, à gravissimis & periculosissimis imaginationum absurdis.

Eam quidam animo comprehenderat opinio-

Rrr 5

nem,

nem, ut caput sibi amputatum existimaret: cumque tam nec tempus deleret, neque ulla remedia aut persuasiones evellerent, Medicus eum curavit, imposito repente capiti ipsius pileo. Sentiens enim gravitatem, caput amissum recepisse, sese credidit, plurimumque gavissus, vanâ imaginatione exemptus est. Sic & alius, qui cornua se gestare putabat, cervinis cornibus capiti alligatis, ferrâque resectis & ostensis, insaniam exsolutus est: ut & ille, qui in capite suo passeris habitare dicebat, Medico per nares ejus extrahere se, simulante sanatus fuit. Senensis quidam, nullô modo persuaderi poterat, ut urinam redderet. Causabatur enim, si eum emitteret, totam urbem diluvio perituram. Eum ad excernendam urinam eleganti perduxerunt commento. Campanis enim in sonum datis ad insanientem accurrunt, magnô incendiô urbem flagrare nunciantes, obnixèque rogantes, ut reddita urinâ civitati ob incendium periclitanti opem ferret. Intellegere nimirum hinc est, quibus de causis Plato *III, de Rep.* scripserit, *mendacium concedendum esse Medico, reliquis minimè.*

Porro suppetunt & alia, quæ in præsentem rem esse videntur. Confugientem ad te amicum ad effugiendum præsentissimum mortis periculum recepisti. Præsto est confestim sicarius cum gladio stricto, *hominem reperire furens*, ut Poëta loquitur, cumq; ad cædem sibi deposcens,  
 si

si ad sit.  
 deris, aut  
 fueris, cer  
 negaveris  
 xeris, sal  
 vare. Q  
 ferendo u  
 cio, alter  
 reris ver  
 Sed est  
 rō in dex  
 firmatio  
 nim, & e  
 quorum  
 fuerunt  
 mendaci  
 daci oru  
 quod fit  
 tale est,  
 tium, qu  
 tum, qu  
 fit. Qui  
 tum, qu  
 dum sci  
 nulli ob  
 rerum  
 ab imm  
 solum a  
 genera

si adfit. Ponemus, te, si aut directè non respon-  
deris, aut nimio veritatis studio adesse confessus  
fueris, certissimè miserum obijcere cædi; si verò  
negaveris, & pedem in ades tuas non tulisse di-  
xeris, saluum præstare, & à tanto periculo conser-  
vare. Quis peccare te dixerit, si falsi quid pro-  
ferendo utrumque inæstimabili effeceris benefi-  
cio, alteriq; corpore mortis periculo exsoluto; al-  
teri, verò animâ ab homicidii scelere conservatâ?

Sed est fortassis, qui aurem mihi vellicet,  
in dextera me petere, & id, quod in lite est, ad con-  
firmationem usurpare, regerens. Augustinus e-  
nim, & ex eo Gratianus *l. supra cit.* & omnes alii,  
quorum sententiæ hæcenus adducta argumenta,  
fuerunt opposita, in nullo dictorum casuum  
mendacium admittunt. Octo enim genera men-  
daciorum beatus Pater constituit: Primum est,  
quod fit in doctrina religionis. Secundum, quod  
tale est, ut nulli profit, obfit autem alicui. Ter-  
tium, quod ita prodest uni, ut obfit alteri. Quar-  
tum, quod solâ mentiendi fallendique libidine  
fit. Quintum, quod fit placendi cupiditate. Sex-  
tum, quod nulli obest, at prodest alicui, ad evitan-  
dum scilicet damnum personæ. Septimum, quod  
nulli obest, at prodest alicui ad cavendum damnû  
rerum. Octavum, quod nulli obest, at prodest, ut  
ab immunditia corporis aliquem tueatur. Non  
solum autem quinque priora, sed & posteriora tria  
genera damnat, & peccati arguit: *Non est, in-  
quit,*

quit, *mentiendum sextò genere: neque enim rectè etiam testimonii veritas pro cuiusquam temporali commodò ac salute corrumpitur; ad sempiternam verò salutem nullus ducendus est opitulante mendacio.* Et paulò post: *Neque septimò genere mentiendum est: non enim cuiusquam commoditas aut salus temporalis perficiende fidei preferenda est. Nec octavò genere mentiendum est, quia castitas animi pudicitia corporis presertur.*

Verùm ipse Augustinus, & qui sententiam ipsius sequuntur, quòd salvà tanti Patris, aliorumque magnorum Virorum autoritate dixerim, tanquàm certum & concessum hìc sumunt id, de quo non immeritò non parùm dubitatur. Existimant enim, mendacium, vel, ut invidiam vocis declinem, verbis aliquid proferre, quòd aliter comparatum esse scias, per se & naturà suà esse malum. Quòd certè si ita est, nullus casus, nulla causa dari poterit, ubi sine peccato falsum dicatur. Sed id forsàn per se & sua natura non ita clarum & evidens est, quin probatione aliqua indigeat. Videamus igitur argumentorum momenta.

Primò, ajunt, Scriptura simpliciter & in genere, & sine ulla exceptione prohibet & damnat mendacium: cuius aliquot textus superius adduximus, quos ut jam repetamus, nec tempus permittit, nec res ipsa postulat.

Negari sanè non potest, nunquàm honorificam

cam Scrip  
 quin ubiq  
 risimis a  
 vocant; t  
 de menda  
 rarum li  
 Scriptorr  
 Non tam  
 stringi, q  
 bidine pr  
 nocumen  
 Sed ne  
 no cereb  
 videatur  
 tuum of  
 tibus San  
 cipiet un  
 Levitici  
 cate in p  
 tra amio  
 Zachar.  
 veritate  
 am sum  
 re mena  
 cum tur  
 tur hico  
 micum  
 mus, q  
 evertur

cam Scripturas mendacii facere mentionem, quin ubique id execrantur, & à studio ejus severissimis additis cominationibus homines advocant; sed non desunt Viri magni nominis, qui de mendacio pernicioso omnia non tantum Sacrarum literarum loca, sed & ea, quibus Ethnici Scriptoris mendacia insectati sunt, exponunt. Non tamen negaverim, etiam ad id alicubi restringi, quod à studio vanitatis solà mentiendi libidine proficiscitur, quãvis nemo quisquam inde nocuementi sentiat.

Sed ne expositio ista in Scripturam ab humano cerebro importata, non verò ex eâeducta esse videatur, ex consideratione nonnullorum textuum ostendemus, quisnam & in aliis locis Spiritus Sancti sit sensus? *Non mentiemini, neque decipiet unusquisque proximum suum, scriptum est Levitici XIX. Veritatem & judicium pacis iudicate in portis vestris, & unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, Zachar. II. Deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam am sumus invicem membra, Ephes. IV. Noli amare mendacium adversus fratrem tuum, nec in amicum tuum similiter facies, Eccles. VII. Prohibentur hæc mendacia, quibus contra fratrem & amicum aliquid moliris, quibus decipitur proximus, quibus pervertitur judicium in portis, quæ evertunt coagmentationem illam, quã membra sumus*

fumus unius corporis. At qui de eo mendacio, (si modò tam invisò nomine hîc uti licet) quo innocentem è manibus sanguinarij eripis, aut à melancholico delirio agrum liberas, nihil horù dici potest. Et quò argumento persuadebitur unquam, Spiritum Sanctum, ubi mendacium detestatur, ad hæc aut similia oculum intendisse exempla? eaque tum, si ita humanò more loqui fas est, ipsi in mentem venisse? Quin ea sub voce mendacii in Scripturis comprehendì, omninò inficiamus. Iterum autem iterumque inculatum volo, id solum hîc agi, ut ostendatur, fieri posse, ut detur aliquis casus, ubi sine peccato falsum quid pronuncietur ab eo, qui novit falsum esse.

Sed si *illum*, pergunt, *mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus alicubi prodesse mentiendo, dabitur & furtum quoddam, quod peccatum non sit. Possumus enim & furando, si pauper, cui palam datur, sentit commodum, & dives, cui clam auferitur, non sentit incommodum.* Quæ verba & ipsa sunt Augustini.

Sed respondeo, mendacia quæ Scriptura agnoscit, & de quibus ipsa loquitur, sunt: *falsum in judicio dare testimonium; iniquam ferre sententiam; pacta & fœdera violare; fidem in contractibus non servare; calumniari; famam proximi inquinare; & si quæ sunt id genus alia.* Hæc omnia à Deo prohibita, & per se & suâ naturâ mala sunt propterea; perinde est, & non minus peccatum, boni

boni alicui  
mitti.  
cere, quo  
paulò an  
cabulum

Sed ex  
ii, qui om  
Quod inc  
in dati, u  
prohibit u  
to, qui no  
sermonis

ulus est, e  
mi: que  
Aristote  
tem secus  
conceptu  
est, expr  
sola indu  
tuas incl  
eo nerve

zare tam

Quid  
quod à r  
qui confi  
cum esse  
primo p  
ceptum  
anime t

boni alicujus respectu ea fieri, atq; furtum committi. At in casibus supra adductis, aliquid dicere, quod rei ipsi non sit conforme, cum illis, ut paulò ante ostendimus, contendi nequit, neq; vocabulum mendacii in Scripturis ad id porrigitur.

Sed excutiamus id, quod habent pro palmario, qui omne mendacium in universum damnant. *Quod includit intrinsicè ab usum sermonis à naturâ dati, id, inquit, ex suâ naturâ malum est, & prohibitum. Sed omne falsum, pronunciatum ab eo, qui novit esse falsum, includit intrinsicè ab usum sermonis à naturâ dati.* Naturalis enim sermonis usus est, exprimere & notos facere conceptus animi: quemadmodum vel ex solo principio Libri Aristotelis de Interpretatione constat. Qui autem secus dicit, quàm rem se habere scit, ille non conceptus animi, sed id, quod ipsis contrarium est, exprimit. Ratio profectò difficilis, & qua sola inducari, ut de quolibet falso sermone statuas inclementius. Sed tentabimus aliquid, & in eo nervos intendemus, ut si non solvere planè, latere tamen nodum istum queamus.

Quid si respondeatur: Cum profaris aliquid, quod à rei veritate alienum, (ut cum hominem, qui conservandæ vitæ causâ tecum delitescit, tecum esse negas) bifariam id considerari posse: primo *per se*, & ut referatur ad solum istum conceptum, quo cognoscis contrarium, & quo in anime tuo tibi constat, hominem illum reverà  
practò

præsto esse; deinde ut ad conceptus de toto negotio formas attendas, idque cum vis compares. Et quia tecum apud animum statuisti, te, contra quam res est dicendo, innocentis hominis saluti consulturum, ideo hoc modo contra animi tui conceptus non loqueris.

Vel dic aliud esse *conceptum animi*; aliud, *assentiri conceptui animi*. Vel, quod eodem recidit, aliud esse *conceptum animi quemcumque*, aliud *conceptum animi, cui assentiaris*, Quod paucioribus ita reddi potest: differre hæc duo: *concupere aliquid, & sentire aliquid*. Quando falsi quid, de industria etiam, loqueris, falsum quoque concipis, sive falsum formas conceptum: ut cum docendi causa, & ad inculcandam discipulis doctrinam contradictionis contrarias proferas propositiones, non solius ejus, quæ vera est, sed & illius, quam à veritate abcludere nosti, conceptum in mente formas, licet nullum huic præbeas assensum.

Dicat quis: Si non est abusus sermonis, *aliter loqui atque sentias*, propterea, quod aliter, non loqueris, quam concipis, ut quid tam exosi sunt homines bilingues? ut quid tam execrabiles quorum

*os nectar promit, mens aconita vomit?*

Ut quid Homero æquæ atque inferni portæ detestabiles sunt, qui aliud occultum habent in corde, aliud verò ore proferunt?

Re-

Re-  
& per  
id perdu  
melle ti  
orum p  
abusus e  
sensu di  
cendum  
cum qu  
quo ma  
loces pe  
abusus p  
fus ille  
vandun  
abusus  
indequ  
as, quò  
stantiis  
filio in  
tenti, e  
turum i  
suo pro  
gravior  
lum fin  
dine av  
fectu p  
extrem  
de res  
operan

Respondeo: animo esse in aliquem maligno, & perniciem ipsi machinari, ut facilius ad exitum id perducere possit, spe ipsum inani lactare, & verbis melle tinctis, omnemque benevolentiam & officiorum promptitudinem promittentibus prosequi abusus est sermonis, non, quod verba à mente & sensu discrepent, sed quia ad decipiendum & nocendum proximo discrepant. Quemadmodum cum quis ingreditur ad proximum infortunio aliquo mactandum, (sicut Psalm. LIX. dicitur: *Reloces pedes illorum ad effundendum sanguinem.*) abusus pedum est, & facultatis motricis: sed abusus ille in nullo vertitur, quàm quod non ad juvandum, sed ad nocendum iis uteris. Quod si abusus sermonis, finique ejus naturali adversum, indeque peccatum est, contra loqui quàm sentias, quòcunq; casu, quibuscunque id fiat circumstantiis, graviter non minus delinquet parens, si filio inobedienti, & nullas admonitiones admittenti, extremam ostendet severitatem, non habiturum imposterum pro filio dicens, è conspectu suo protinus abire, nequaquam reverti jubens, aut graviores aliquam poenam denunciens, hanc solum finem, ut terrorem ipsi incutiat, à vitæ turpitudine avocet, & ad meliorem frugem reducat, affectu planè paternò, & ad nihil minus quàm ad extrema ista remedia inclinató. Illicita deinde res etiam fuerit disputationibus Academicis operam dare, & ex anima instituere, cum ad e-

S s s ru

rudiendam juventutem, ad explorandum alterius ingenium & profectus, plerumque in exercitiis hujusmodi aliud Doctores sentiant, verbis aliud probant, & tanquam verum id veritati opponant, quod longè aliter se habere nörunt.

Sed quorsum feror? Quousque Vestrà, Auditores eminentissimi & præstantissimi, in audiendo patientiã abutor? Animusne est, omnia afferre, quæ de nobili hac & utilissima materia eis *ex cõtemporari* dici possunt? At sic dies citiùs me, quam oratio & argumenta deficerent.

Contraham igitur vela, & ad id veniam, quod restat, quodque in primariis hujus Panegyris est partibus. Nimirùm cum, ut Cicero ait, legem vitiorum emendatricem, commendatricemque virtutum esse oporteat, omniumque ab eã vivendi ratio ducatur, turpissimum fuerit, Studiosum in Academia commorari, & jura statutaque ejus ignorare. Ne igitur hæc quoque in parte quidquam possit desiderari, & ne inobedientes habeant, quod culpæ & transgressionibus suis prætendant, age *Notarie Academicæ*, Leges & statuta lege, quæ ab *Illustrissimis SAXONIÆ Ducibus, Fundatoribus & Nutritis hujus Academia munificentissimis*, lata nobis sunt & præscripta.

Nihil præstantius est, nihil augustius, nullaque re magis decoratur ac conservatur Respubli-

ca, quæ  
structa  
tas habe  
tueri, ab  
re. Sine i  
nec hom  
narura o  
modum  
quentiã  
gibus co  
tunc ad  
vantur,  
imperan  
tur; vel d  
Ipsis qu  
verbasu  
la coërc  
quidqu  
sunt, &  
Quæ pu  
cum in  
ritas qu  
riã affe  
sentia su  
tre enst  
Quenan  
metis, e  
rum ope  
Q  
Si non

ca, quàm si honestis ea & convenientibus sit instructa legibus. Iis enim docentur homines dominas habere cupiditates, coercere libidines, suum tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Sine illis nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest: quemadmodum diversis in locis in loquitur Romanae eloquentiae Parens. Hæc autem & alia plurima Legibus competunt encomia, tam insignes ex iis tunc ad morales accedunt utilitates, quando seruantur, & vel ad earum præscriptum vivitur, quæ imperant, implentur, quæ prohibent, omittuntur, vel delinquentes meritas persoluerint pœnas. Ipsis quidem legibus per se nihil imbecillius est: verba sunt, characteres sunt, quibus nulla vis, nulla coercendi facultas est. Omne tuum robur, & quicquid possunt ab iis habent, cum imperiò qui sunt, & quorum in custodiam ipsæ sunt traditæ. Quæ pulcerrimè olim expressit Demosthenes, cum in oratione quadam: *Legum vis & auctoritas quanam est, ait, utrum si quis vestrum injuriæ affectus exclamaverit, ipse accurrant, & presentia sua opem ferant? Minimè gentium. Littere enim depictæ sunt, neque præstare illud possunt. Quanam igitur earum vis est? Si vos eas confirmetis, & semper latas firmasque exhibeas is eorum opem imploranti.*

*Quid tristes querimonie,*

*Si non supplicio culpa reciditur*

S 11 2

*Quid*

*Quid leges sine moribus  
Vanaproficiunt?*

Cum otrâ aliquando inter Romanos ac Græcos contentione, Græci præter alias res hæc etiam se illis præstare dicerent, quod *non possint leges nisi in Græciâ condi*, responderunt Romani: *Leges quidem in Græciâ condi, sed non nisi Româ servari.* Cum ab Alexandrô Magnô Garamanthum Sapientiores evocati essent, inque congressum & colloquium ejus venissent, paucas quidem inter alia sibi leges esse dicebant, magni tamen æstimandas, propterea, quod ad amissim observentur & impleantur ab omnibus.

Utinam verò, utinam & illis legibus, quas tam sapientes, tam Patriæ amantes, tam laudati & toto Orbe celebrati PRINCIPES nobis reliquerunt, ista obtigisset felicitas! Utinam & nostris laudem servatorum statutorum deberemus! Verum quam malus hæcenus honor habitus fuerit optimis legibus, quam contemptæ & proculcatae jacuerint, res ipsa, nobis tacentibus, loquitur, & quotidiana. Omnium bonorû testantur querelæ. Quam multi enim in hac nostra paucitate reperiuntur, qui ventri & gulæ dediti nihil nisi comessari, helleuari, & pergræcari dedecerunt? qui Solem orientem vel occidentem sobrii nunquam aspiciunt?

*quis nihil est aliud vivere quam bibere.?*

Hi, cum caput vinô incaluit, & corpus ita reple-

sum

tum est  
intra pa  
medentur  
runt: it c  
comple  
cationes  
tempore  
diis cast  
virtutis,  
officina  
nerâsse v  
tatis aur  
tatem &  
Qui se b  
salus sua  
orum nu  
Nos

Si vel af  
repti &  
eupidita  
ationib  
lis & im  
conflic  
calidè h  
commi  
gistrail  
lafa sãp  
Cog

tum est, ut plura capere nequeat, non quieti sese intra parietes continent, nec somno ebrietati medentur, sed per omnes civitatis vicos discurrunt: ite clamor cœlô, & belluinis boatibus omnia complentur. Hinc injuriæ, jurgia, lites, provocationes, conflictus & digladiationes, quæ hõc tempore ita increbuerunt, ut nesciam, an in mediis castris major eorum possit esse licentia? Quæ virtutis, quæ justitiæ & honestatis laudatissima officina esse debebat, in omnẽ injustitiam degenerasse videtur & lasciviam. Aurea illius libertatis aura & gratia in deterrimam morum pravitatem & turpissimam vitiorum servitutem abiit, Qui se brutis animantibus præstare volunt, quib9 salus sua curæ cordique est, illi si huc usque in eorum numero fuerunt, de quibus Poëta:

*Nos numerus sumus, & fruges consumere nati;*

Si vel affectibus suis, vel pravorum consortio abrepti & transversi acti sunt; si frena laxarunt suis cupiditatibus, in viam maturè redibunt, ab helutionibus, & commestationibus, ab horrendis illis & immanibus clamoribus, à monomachiis & conflictibus imposterùm abstinebunt: studia sua calidè habebunt: legibus obtemperabunt, neque committent, ut de bonis & lenioribus etiam Magistratibus usurpari possit, illud Mymi: *Furor sit laesa sapiùs patientia.*

*Cogitate Lactissimi Juvenes, fore, ut & ex vo-*

bis non pauci aliquando aut ad Rempublicam,  
 aut ad functiones Ecclesiasticas admoveantur.  
 Quem successum vobis tum promitteris? quam  
 obedientiam à vestris subditis & auditoribus ex-  
 pectabitis, si ipsi nunc contemptim Magistratum  
 habueritis? Qui benè imperat, paruerit aliquando  
 necesse est, & qui modeste paret, videtur, qui al-  
 quando imperet, digno esse. Cogitate, quæso, quot  
 annos jam communis nostra Patria summis affli-  
 gatur calamitatibus, quot nobilissimæ & felicissi-  
 mæ olim provinciæ desolatæ nunc jaceant, qui-  
 bus adhuc hodieque illa ipsa terræ, unde oriundi  
 vos estis, infestentur malis. Perpendite, quot  
 vestrum sint, quorum parentes iniquissima qua-  
 que ab impio patiuntur milite, quam ejulent illi,  
 quam lamententur. Perpendite, quantum in pericu-  
 lō constituta sit pura religio. Perpendite hæc  
 & vitæ emendatione iratum Deum placate.

Illi gratias agimus, quas mens nostra potest  
 concipere maximas, quod miserrimis hisce & per-  
 ditissimis temporibus ab hac Academia oculos  
 suos non omnino avertere; sed plurima in eam  
 & nos omnes beneficia conferre voluit. Quan-  
 quam enim nec nos sumus ignari malorum, mi-  
 sericordia tamen DEI est, quod extrema atque i-  
 psam *πανολθηριαν* non sumus experti.

Illum totō pectore veneramus & oramus, in-  
 posterum quoque nobis adsit: illustrissimos  
**SAXONIA DUCES** Dominos nostros, & Altiores  
 hujus

hujus  
 tertia  
 diis pro  
 car: R  
 neti co  
 omaes  
 lis me  
 studia  
 casion

AE

Esse  
 pt

VI  
 ta  
 abusu

hujus Academiae clementissimos, tueatur, salutaria suggerat consilia: rapinis, caedibus & incendiis procul esse jusis, pacem optatissimam reducat: Religionem & puram sui Verbi praedicationem conservet: Conservet hanc Academiam, omnesque ejus cives & alumnos, eamque singulis mentem largitur, ut amplectantur potius studia concordiae & quietis, quam turbarum occasiones persequantur.

D I X I.

III.

ORATIO

eaeque P R I O R.

De

## ABUSIBUS DISPUTATIONUM.

In qua potissimum demonstratur:

*Esse omnino aliquam artem, cujus praescriptis subicere se tenantur, quicumque disputant: eamque esse Dialecticam.*

**V**ix ullam reperire rem est, quae utilitati mortalium deserviat, cujus non suus etiam sit abusus.

Sss 4.

N<sup>o</sup>

*Nil prodest, quod non ladere possit idem,  
 Igne quid utilius? si quis tamen urere tella  
 comparet, audaces instruit ille manus.  
 Eripit interdum, modo dat Medicina salutem,  
 quaque juvet, monstrat, quaque sit herba  
 nocens.*

*Et latro & cautus præcingitur ense viator,  
 ille sed insidias, hic sibi portat opem,  
 Discitur, innocuas ut agat facundia causas:  
 protegit hæc fontes, immeritosque premit.  
 Accidit autem ferè ut abusus rei ipsi quoque, si  
 cet per se optimæ, & maximè expetendæ, fraudi  
 sit: dum homines malè feriat malam rei usurpa-  
 tionem abominantes, non eam tantùm subla-  
 tam, sed ipsam quoque rem ad Indos usque & Ga-  
 ramantes relegatam volunt. Atqui non conve-  
 nit, si qui obvios verberant, robor accusare; neq;  
 propter homicidas fortitudini conitari; neque  
 denique hominum improbitatem in res transfer-  
 re; sed illi ipsi accusandi sunt, qui bonis rebus malè  
 utuntur, ait Oratorum Græcorum sapientissimus  
 Isocrates,*

Quanti faciendæ sint disputandi exercitatio-  
 nes, quanta eorum sit necessitas, quantum com-  
 modent profectibus discentium, non est, quod  
 hoc locò deducere & demonstrare laborem, cum  
 vix quenquam in universa hac Panegyri credam  
 inveniri, qui non fateatur mecum, acuendo in-  
 genii vigoriis nihil esse convenientius; nihil ad  
 com-

compara  
 cibilius  
 defenden  
 pariter c  
 vitiis ten  
 dem exp  
 stantur a  
 festæ. N  
 non ultri  
 sed aliis  
 saltim ve  
 fensissim  
 Republi  
 reddere  
 nullus d  
 in discep  
 enim à t  
 que, qu  
 quanti su  
 lis plac  
 antur, p  
 tione re  
 que ign  
 tenacib  
 sit, infe  
 dalibus  
 esse; m  
 bus sua  
 sunt, p

comparandam solidæ eruditionis laudem conducibilis, nihil ad veritatem aut eruendam aut defendendam efficacius. Quas tamen plurimis pariter obnoxias abusibus esse, nec mediocribus vitiis teneri, docet experientia. Hinc fit, ut eandem experiri cogantur fortunam, qua constantur aliæ res optimæ quæque, & utilitatis confessæ. Nimirum non desunt inter eos etiam, qui non ultimum locum inter eruditos sibi sumunt, sed aliis doctrinam se præstare putant, aut videri saltem volunt, qui disputationum conflictibus infensissimi sunt, eosque aliis, & quidem viris in Republica magnæ autoritatis & potentia, exosos reddere omnibus modis allaborant. Quamvis nullus dubitem, quin apud nonnullos alia tantum in disceptationes literarias odii sit causa. Cum enim à trita doctorum semita discedere, spretisque, quorum intelligentiam nunquam satis assequuti sunt, Veterum, & receptis passim in Scholis placitis, nova & meliora sese scire profiteantur, pertinacia tamen potius & animi obstinatione rem gerant, quam rationum momentis, neque ignorent, si cum eruditis & doctrinæ antiquæ tenacibus de iis congregiendum & disceptandum sit, inferiores se abituros, neque ea, quæ sesquipedalibus verbis magnificè jactaverunt, tutaturos, esse; manibus pedibusque nituntur, ut his, quibus suas locarunt operas, & in quorum potestate sunt, persuadeant, disputationes instrumenta esse

opprimendæ potiùs veritatis & involvèdæ, quàm evolvendæ & illustrandæ: ut hâc ratione suam ignorantiam, cujus probè consciï sibi sunt, velò tegere, & congressus hujusmodi refugere possint.

Sed quicquid de hisce sit, constitutum nobis est, de abusibus, qui passim disputationes foedant, verba facere. Cumquè in plurimas hâc in parte peccetur formas, easque omnes simul & semel exponere, tempus non permittat, in diversas eas dispartiemur Oratiunculas: hâc vice id tantùm tractaturi, quod hodie disputationum commercia à non paucis frequententur, qui artem disputandi non didicerunt. Hoc enim peccatum in isto argumento inter potissima est, & primùm omnium notandum. Ut enim, qui medendis morbis animum applicare constituit, antè omnia arte medendi instruat necesse est: Ita, qui disputaturus est, nihil prius aut antiquius habere debet, quàm ne id aggrediatur, nisi arte disputandi, quam Dialecticam esse ostendemus, probè subactus. Utar autem oratione simplici, hoc est, eâ, quam amat quâque contenta est veritas. Quem enim evidentia ipsius rei, de qua agimus, non permovet, ejus animum verborum lenociniis ne quicquàm pertentaveris. A vobis, Auditores omnium ordinum lectissimi, maximò contendo opere, ut ad horæ quadrantem, ultraquam sermonem non producam, benignas meæ balbutiei aures præbere ne gravemini.

Sunt

Sunt ubique terrarum de Studioſa Juventute, qui cùm intelligant, diſputationes ad conſequendam eruditionem vim afferre maximam, proptereaque non parùm operæ iſtis impendant, artem tamen diſputandi, vel tanquàm diſciplinam abjectam, & puerilem, neque eò, qui ſtudia ſua altioribus rebus confecravit, dignam, velut è ſublimi contemnunt; vel quaſi non ſine magno diſpendio temporis illi ſcientiæ ſive facultati, cui de profeſſo ſeſe addixerunt, & cui in ſeneſcere decreverunt, impertiendi, vacare ei poſſint, negligunt, vel nullam penitus eſſe cenſent. Atque utinam intra paucos ſe pernicioſa hæc præſumptio contineret, neque cum plerisque eorum, qui vitam Academicam recens ingreſſi ſunt, cœdâ contagione communicaretur?

Verùm hiſce omnibus hæc obviam eundû eſſe viâ judicamus: Aut certè aliqua in diſputando ſequenda & obſervanda ſunt præcepta, aut nulla. Si ſunt: dabitur quædam ars diſputandi. Certò enim ordine illorum præceptorum in unum corpus facta collectio, artem tibi quandam conſtituit. Quod ſi jam ſunt aliquæ diſputandi præceptiones, daturque ad eòs, quæ illis nos inſtruit, fieri nequit, quin malè diſputationes obeat, quicunque ad eas ſe non conformat, ſed neglectui, aut etiam deſpicatui habet: quemadmodum qui ſidibus canere inſtituit, exploditur & exhibitur, ſi nulla arte id faciat. Si autè nulla ſunt huiusmodi præ-

præcepta; ergò cuilibet pro lubitu ratiocinari, ex quibuslibet quodlibet concludere, & Cœlum terra miscere licet. Quod si semel admissum fuerit, *fidem justos homines coram Deo sine operum auxilio reddere demonstraturus, rectissimè ita colliget: Bona opera à Deo sunt mandata. Atqui fides est ex auditu. E. fides sine operibus justificat.* Ex iisdem principiis, & ut Logici appellant, præmissis, adversarius eodem jure inferet, non solum fidem justitiam nobis conferre, sed aliquas hoc in negotio partes esse operum.

Sed videor mihi videre non unum musticantem, & isthac tanquam nimis puerilia secum deridentem, propterà, quod proposita argumentatio multitudine terminorum, eorumque planè *αἰτιολογία*, cuius etiam puero suum prodat morbum, neque ad eum deprehendendum ullo opus sit artificio.

At verò, unde tu nôsti, terminorum multitudinem vanitatem argumentis aspergere? Uade suggestum tibi est, Syllogismum pluribus quam tribus terminis constantem infamix notam subire? Certè non aliundè, nisi ex arte disputandi. Ejus enim isthac præcepta sunt. Nec imus inficias contingere, ut homo de plebe etiam, & omnium literarum rudis, ratiocinationi alicui genua labare, naturali prospicientia conjiciat aut intelligat; quanquàm sanè rarius id fiat. At quidnam sit illud, quod ipsi adhæret, vitii, quæque ejus causa, id

id ille  
sputand  
Quema  
non vid  
At quis  
attuleri  
dendi a

Neq  
bravi te  
losofph  
feris, Pr

Sum  
daque d  
suorum  
jugula  
nebulis  
que ip  
aut, qu  
pessimi  
perver  
tem ca  
tionem  
tam p  
neris d  
statur  
est mo  
um pu  
bro, a  
Galen

id ille tantum novit, & ostendere potest, qui disputandi artificibus informandum sese dedit. Quemadmodum accidit, ut, si decumbas, nemo non videat tentari te aliquo valetudinis genere. At quis morbus sit, ubi hæreat, & quid ei causam attulerit, cognoscere, non nisi illius est, qui medendi artem didicit.

Neque verò ex mei cerebri pharetra, quod vibravi telum, depromsi, sed à Medicorum & Philosophorum, ab Hippocrate & Aristotele si recesseris, Principe Galeno suppeditatum mihi habeo.

Summus ille in Dialectica fuit artifex, absurdaque & ab omni ratione aliena adversariorum suorum dogmata adminiculo ejus nunquam non jugulavit, dissipatisque arctissimorum errorum nebulis in lucem meridianam veritatem posuit. Cumque ipsi aut nullam disputandi artem agnoscerent, aut, quia eam magno suo malo non didicerant, pessimis convitiis, tanquam omnia subruentem, pervertentem, confundentem, merisque utentem cavillis, & ad nihil aliud, quam ad ostentationem, aucupandamque vanam gloriolam, natam profcinderent, & in universi hominum generis odium adducere conarentur, sicut ipse testatur *Lib. I. de Elementis*: simili, quo jam factum est modo, audaciam eorum retudit, & ad silentium pudoremque eos redegit. Locus est in Libro, *an sanguis in arteriis contineatur*? quem ipsis Galeni verbis producam, si, ut mens ejus percipia;

piatur, verbô priùs notavero, quid ibi inter-  
 ipsum, & Erasistrati sectatores intercesserit con-  
 troversie. Statuebant isti, *solum Spiritum, nihil  
 autem sanguinis in arteriis naturâ suâ contineri.*  
 At ille *aque sanguinis receptacula eas esse asseren-*  
*bat.* Cùmque multis, iisque radiis Solaribus cla-  
 rioribus rationibus eos confutâset, *Caput VII.*  
 ita exorditur: *Ad hæc itaque, inquit, cum non*  
*haberent, quod opponant, ad Pyrrhonicam rusti-*  
*citatem, tanquam asylum quoddam, confugunt,*  
*non æquum esse, clamentes, Medicas confide-*  
*rationes Dialecticis curiositatibus subicere;*  
*moxque à nobis denuò percontati, numquid ex as-*  
*sumtionibus concessis quodvis inferre liceat, & an*  
*facultas & ars aliqua extet, que doceat, ex quibus-*  
*dam concessis quadam inferre, nihil respondent. Sed*  
*si certamen procederet, quidnam respondere possent*  
*(modo sibi constare velint) nisi artem planè nullam*  
*extare colligendi, sed ex datis assumptionibus quid-*  
*vis, sine ullò discrimine inferri posse? Vel extare*  
*quidem, non tamen eâ opus esse ad demonstrationes*  
*conficiendas? Sed ambo vehementer absurda sunt.*  
*Nam primùm si dixerint, sicut quidam olim per-*  
*fricata frontis ausus est dicere, tales deinceps à no-*  
*bis interrogationes audient, quales ille audiret: Ar-*  
*terie duas tunicas habent. Sanguis fulvus est.*  
 Ergò non solum Spiritum, sed & sanguinem ar-  
 terie continent. *Ridentibus illis, aliud statim*  
*subiunxi argumentum: Corvi nigri sunt. Olores*  
 albi

ibi sunt  
 continetur  
 feci: Igni  
 stupidus e  
 continetur  
 cessis infer  
 ducendæ  
 sic argume  
 excogitata  
 docet, &  
 quis eam  
 tur, num  
 sed non ut  
 Hæc mag  
 Potera  
 plurimas  
 demonst  
 scriptis s  
 tando à P  
 vituperin  
 re malint  
 commen  
 amplius  
 mus, que  
 re necessa  
 tandi ex  
 Non  
 fungi pr  
 quam vu

ubi sunt. Igitur non solus Spiritus ab arteriis continetur. *Hic denuò cum riderent, tertium sub-* *jecti: Ignis calidus est. Nix frigida est. Tu-* *stupidus es. Ergò non solus Spiritus in arteriis* *continetur. Nam si quodcumque ex assumtis con-* *cessis inferre per vos licet, nullaque conclusionis de-* *ducenda reperta ars est, quid me prohibet vobiscum* *sic argumentari? Sin ars & disciplina quedam* *excogitata fuit, quae singulis in rebus discernere nos* *docet, & quidè quibusdam concessis inferatur,* *quis eam vobis, ó Erasistraticè, sapere plus vide-* *tur, num, qui eam non novit, aut nescit quidem,* *sed non utitur? an potius, qui & nescit, & utitur.* *Hæc magnus Galenus.*

Poteramus quidem rationes alias, & numero plurimas, & pondere gravissimas, adducere ad demonstrandum, esse aliquam artem, cujus præscriptis subicere se teneantur, quicumque disputando à Præceptoribus aliis, eruditæ laudè quàm vituperium, honorem quàm ignominiam reportare malint. Verùm quia brevitatem ante omnia commendatam nobis habere decrevimus, in eo amplius non laborabimus, sed potius exponemus, quænam sit illa ars disputandi, quam tantopere necessariam esse ei, qui laudabiliter munus disputandi exequi velit, hætenus diximus?

Non autem dubitamus, omnes, quibus non-fungi pro cerebro sunt, intelligere, eam esse, quam vulgò **DIALECTICAM** aut **LOGICAM**

vocare consuevimus; idque nominatim à Galeno dictum jam audivimus. *Quid est aliud Dialectica, quàm peruisa disputandi?* ait Augustinus *Lib. I. contra Cresconium Grammaticum.* Et paulo post: *Nomen græcum est Dialectica, quæ, si usum admitteret Latine disputatoria vocaretur; sicut Grammaticam Græcè, Latine Literaturam Viri doctissimi appellaverunt.* Et mox: *Puto jam, quod Apostolum Disputatorem non neges, etiamsi Dialecticam neges. Improbare ergò vocabulò Græcò, quod approbare cogeris in Latino, quid aliud est, quàm in doctis præterire fallaciam, doctis facere injuriam?* In eandem rem amplissima Hieronymi nobis suppetunt testimonia. *Apostolus,* ait de Paulo in Epistola ad Paulum Urticam, sepe proponit, assumit, confirmat atque concludit, (quod quid aliud est, quàm disputare?) *quæ propriè artis Dialecticæ sunt.* Hanc porro artem alibi hisce commendat verbis: *Verè quicquid in seculo dogmatum perversorum, quidquid ad terrenam sententiam pertinet, & putatur esse robustum, hoc Dialecticæ arte subvertitur & instar incendi in cineres favillaque dissolvitur, ut probetur, nihili, quod putabatur fortissimum esse.* Quò pertinet, quod idem Sanctus Pater aliquem, qui pro magno se venditabat Disputatorem, eum tamen nec Categorias Aristotelis, nec Libros *Ἐπιπέρινας*, nec Topica ejus legisset, irriserit.

Ve

D  
Veru  
si ipsis u  
hoc me r  
Disputat  
nere re  
ri nihil  
quacunc  
fastigiu  
peculiar  
quam lil  
rendam  
facultat  
logia ac  
ne, nec i  
ore pen  
storum  
rationi  
contro  
dilogos  
ti oppo  
summu  
ullâ ali  
rem ra  
& alior  
aut alt  
viliu  
versa se  
milito  
insigne  
nisi Pa

Verùm enim verò non desunt fortassis hinc, qui si ipsis usus suæ vocis & facultas concederetur, hinc me responsò essent adgressuri: Fateri sese, Disputantis sive Respondentis & opponentis munere rectè & debitò modò fungi, ita ut desiderari nihil queat, non parvi esse artificii, & qui in quacunque disciplina præstare id possit, eum ad fastigium illius pernevisse. Sed enim hanc non esse peculiarem, & à reliquis distinctam artem, sed quamlibet disciplinam per se sufficere ad conferendam in scéulos & studiosos sui cultores hanc facultatem. Ut, si quis studio Sacro Sanctæ Theologiæ addictus est, instructus ligvarum cognitione, nec ingenio destitutus, nec industriò, à cujus ore pendeat, Præceptore, Sacras literas cum sanctorum Patrum scriptis aliorumque in eas enarrationibus, diligenter evolvat, accedente tum controversiarum, inter diversarum partium Theologos agitantur, studiosâ lectione, tum frequenti opponendi & respondendi exercitatione, eum summum evadere in hisce Disputatorem, neque ullâ aliâ ad hoc opus esse sibi arte. Non disparem rationem studii Jurisprudentiæ, Medicinæ, & aliorum esse dicent. Affixus tade, non unum aut alterum, sed multos annos lectioni legum civilium auscultata, Doctores enarrantes attende, versa scripta Interpretû, institue sæpè cum commilitonibus conflictus. Hæc, dicent, sunt, quæ insignem de Jure disputandi artificem te efficiant, nisi Praxillâ Adonide stupidicæ fueris.

T r r

V e

Verùm quantò illi, qui ex Studiosâ Juventute hâc persuasione imbuti sunt, in errore versentur, quàm malè suis consulant rebus, verbis exprimi satis nequit. Neque enim attendunt isti, aliud esse *materiam vel questionem, de quibus disceptatur, & principia, quibus ad stabilendum aut destruendum aliquid utimur; aliud modum & regulas sive preceptiones, præscribentes, quæ observari oporteat eum, qui questionem ex certis principiis aut firmare, aut evertere cupit.* Esto! præstiterit quis omnia, quæ ad accuratam Sacro-Sanctæ Theologiæ aut Juris cognitionem requiri rectè dicebantur, & sufficere quoque putabantur; nesciat autem, quot ratiocinationum *quædam* sint, ignoret, prohibitum esse in univèrsum, ex duabus propositionibus aut negantibus aut particularibus, in secunda autem figura ex utraque affirmante, in prima ex minore negante conclusionem inferre, aut etiam si sciat, negligat tamen & floccipendat, is confirmaturus aliquid, ex arena necet consequentias, responsurus autem, iis nonnunquam, constringetur difficultatibus, ex quibus extricare se non poterit. Atqui nullus libet Scripturæ est, nulla in univèrso Corpore Lex, qui tibi regulas istas in omni disputatione sanctè custodiendas inculcet. Sola Dialectica est, quæ id præstat.

Puerilia quidem ea sunt, quæ tanquam sedulò in disputationibus spectanda jam attulimus. Non difficemur. At eò turpius est, si ea ignoret, impi-

imprimis  
adfit optu  
si Logica  
deris.

Noli e  
rationem  
sexcenta  
ita nota,  
per habe  
tò à verit

Abfit o  
tandi esse  
tu eam a

Nulla ar  
bi, nulla  
aut, quid  
di, nec al  
ri potest,  
gitur usu  
extendit  
perculca  
dium aff  
ptoris I.  
mus & de  
Quæ pgi

Cocete  
à nobis  
jubemu  
dendis d

imprimis, cum & atas tua ferat, & occasio tibi  
adfit optima, ut ea discas. Non disces autem,  
si Logicæ Magistris te informandum non tradi-  
deris.

Noli etiam credere, isthæc sola esse, quorum  
rationem te habere Dialectica velit. Plusquam  
sexcenta alia sunt, eaque abstrusa, nec in vulgus  
ita nota, quæ tibi servanda monstrat; quæ si insu-  
per habeas. Andabatarum more pugnabis, nec ra-  
tô à veritatis tramite devius ibis.

Abfit quoque, ut, quod diximus, *artem dispu-  
tandi esse Logicam*, eam hõc solo absolvi; neque  
tu eam ad alia non conducere tibi persuadeas.  
Nulla ars aut scientia proponi, aut literis conscri-  
bi, nulla ullõ studiõ tractari, nihil rectè definiri,  
aut, quid sit, exponi, nihil in suas partes aptè divi-  
di, nec aliàs de quoquam horum exquisitè judica-  
ri potest, sine ista arte. Imò eo usque ejus porri-  
gitur usus, quousque vis intellectus humani sese  
extendit. Quod autem pervulgata illa & quasi  
perculcata potiùs, quàm magis recondita, in me-  
dium afferre placuerit, in eo summi nostri Præce-  
ptoris *I. Magn. Moral.* præscriptum sequuti su-  
mus. *ὁ δὲ θεὸς, inquit ille, ἐξ λόγων δεικνύει τοῖς μὴ  
φανερῶς ὡραδείμασι χρῆσθαι.*

Cæterùm cum omnia, quæ proposita hæcenus  
à nobis fuerunt, dictõ modõ se habeant, valere,  
jubemus eos, qui scribere non erubescunt, in tra-  
dendis divisionibus ac definitionibus *ICOS non esse*

*adstrictos Regulis Philosophorum. Abeant hinc, qui quandam vel à se confectam, vel ab aliis propositam definitionem defendendam susceperunt, quam adversa pars rejiculam esse contendat, propterea, quod ad præcepta definitionum non quadret; nomine forsan eò, quod definitum pertineat ad Theologiam, aut Politicam, aut disciplinam quandam aliam; aut confugiendo ad miseram distinctiunculam illam, quâ dicunt aliqui, definitionem esse Theologicam, vel Politicam, sive Theologicè aut Politicè probari, quamvis Logicè bona non sit: quemadmodum non nemo in Theatro suo Politico scribit, definitionem Reipublica Bodinianam, quâ dicitur Respublica familiarum seu civium summâ potestate & rectâ ratione moderata multitudo, non esse Logicè bonam propter genus, quod ex Categoria Qualitatis desumptum sit, Republica ad seriem Relatorum pertinente; nihilo tamen minùs Politicè probari. Nec magis audiendi sunt, qui ut se à Logicorum præscriptis eximant, protestantur, se non Logicè disputare, sed Theologicè. Juridicè, aut Politicè quod materia, de qua contentionis funem trahunt, non Logicorù pomæriis comprehendatur, sed Theologica sit, Juridica, aut Politica.*

Quærerem sanè ego ex hisce omnibus, num. Theologos, Juriconsultos, Medicos, Politicos, & quoscunque alios, immunes quoque à Grammaticerû legibus esse existiment? Sanè qui asseverare id au-

D  
ausus fu  
fisse nec  
existim  
dicere:  
Pompo  
imperat  
Capitor  
futurum  
Tu enim  
verbis n  
Gramm  
Cæsari  
Crispin  
ratorib  
imping  
cidere.  
Logicè  
matica  
plina r  
tandi c  
non su  
tatio, L  
peccab  
cunqu  
non su  
Qu  
rum P  
rum V  
semus  
faciem

ausus fuerit, eum & frontem & os penitus amiffisse necesse est. Quis enim tantæ autoritatis & existimationis unquam fuit, cui concessum esset dicere: *Vir doctum, mulier optimus?* Marcus Pomponius Marcellus ex oratione Tiberium imperatorem reprehendisset, affirmante Atejo Capitone, & esse illud Latinum, & si non esset, futurum: *Certè jam inde mentitur Capito*, inquit, *Tu enim Cæsar civitatem hominibus dare potes, verbis non potes*; auctor est Suetonius de *Illustr. Grammaticis* c. XXII. Simile quid Sigismundo Cæsari objectum fuit à Cardinale Placentino apud Crispinū. Quod si nemini, dum loquitur, ne Imperatoribus quidem & Regibus, in Regulas Grammaticorum impingere licet, quid nō & omnes, qui definire, decidere, aut argumentari volunt præscriptionibus Logicorum sint allegati? Quum, sicut sola Grammatica ars bene loquendi est, ita nulla alia disciplina rationem definiendi, dividendi & argumentandi doceat, præter Dialecticam? Et si, quod non super materiâ Logicâ tua sit instituta disputatio, Logicè propterea disputare non teneris, nec peccabis, si Grammaticè non loquaris, quotiescunque de iis, quæ Grammaticorum Professioni non subjiciuntur, loquaris.

Quæ omnia multis pulcerrimis tum Sanctorum Patrum, tum Galeni, aliorumque summorum Virorum Commentationibus illustrare possemus. Sed ne de usibus Disputationum verba facientes, Splendissimi hujus conventus, in audi-

endo patientiâ abutar, pluribus aliis, quæ ad hæc pertinent, in aliud tempus reservatis, nunc solum sermonis abrupto.

## D I X I.

## IV.

ORATIO  
eaque POSTERIOR

De

ABUSIBUS DISPUTA-  
TIONUM.

In quâ ostenditur,

*Multos disputantes ejus disciplina, ex quâ materia disputationis sumitur, ut & principiorum, quibus innituntur omnia, nullam, aut admodum exiguam habere cognitionem.*

**Q**Uindecim elapsi sunt dies, cum ex hac ipsa Cathedra triginta adolescentibus decretô venerandi Collegii Philosophici primitias honorum Philosophicorum quibus a *baccis lauri* appellatio indita, collaturus, verba feci de *abusibus & peccatis, quæ consuetudinibus literariis, qui disputationes vocantur, non raro herere solent.* Fui autem tunc tantum occupatus in notando illorum errore, qui, cum pluri-

mi faci-  
rum in  
spuano  
persuas  
vacuam

Qua  
eam ips  
omitter  
modios  
præcep  
familia  
imperio  
conseq  
ab eru  
portâr  
gustias  
in rub  
dam,  
potuiss

Qua  
versab  
Servat  
ptatio  
adhuc  
præcep  
rumqu  
evdlo  
Domi  
forma

mi faciant disputandi exercitationes, neque parum ipsis impertiant temporis, artem tamen disputandi non didicerunt, vel quod ullam esse persuasum sibi habeant, vel quod tanquam superuacua aut vilem & abjectam contemnant.

Quanquam sanè nonnisi perfunctoria operam ipsam rem tractare licuit. Non videbantur omittenda exempla, (afferri autem poterant, non modio, sed plenis horreis) eorum, qui ex eo, quod præceptiones Logicorum sibi non reddidissent, familiares, licet apud sui similes, hoc est, ejusdem imperitiæ socios, non parùm æstimmii fortassis consequuti, & præclarè rem gessisse visi fuerint; ab eruditis tamen, non nisi reprehensionem reportârunt, & non rarò in eas fuerunt conjecti angustias, ut se expedire nullò modò potuerint, sed in ruborem dati ægrè tulerint, argumenta quædam, non magnæ aliàs difficultatis, sibi & dici potuisse, & non potuisse refelli.

Quantum verò dignitatis accessisset, ei, in quo versabamur, argumento, si ostendissemus, ipsius Servatoris nostri cum hostibus suis intas disputationes à modo disputandi Peripaterico, eoque adhuc hodieque usitato, non fuisse alienas, sed præcepta Aristotelica clarè in illis elucere, ad eorumque præscriptum illarum esse instituendam, *ἐνάλυσιν*: non, quasi ab ullo homine Christus Dominus noster aliquid didicerit, aut ullius informatione vel doctrinâ opus habuerit; sed quod

omnibus inde innotuisset, rationem disputandi nostram non esse pactum impietatis gentilium hominum à vera Dei cognitione & cultu semotorum, aut figmentum cerebri humani, vel somnium febricitantium, sed ex ipsa natura esse deductam, ad reliquias imaginis divinæ pertinere, & qui eam contemnat, id despiciatui habere, quod ipse Deus suâ usurpatione fuerit dignatus. Sed horum ut & multorum aliorum quidquam ne attingere quidem tempus tunc permittebat.

Nunc aliud quoddam, neque id levius peccatum, quod disputationum conflictus foveat, in medium producendum, & paucis exponendum, est. Illud autem in eo consistit, quod disputandi provinciam non raro suscipiunt, imò inter disputatores longissime eminere, eorumque familiam ducere sibi videntur, qui illius disciplinæ, quæ vindicat materiam, de qua funis contentionis trahitur, principia, quibus omnia nituntur, ex quibus omnia sunt deducenda, sine quibus quidquid asseritur, in caducum inclinat partem, inque fumum & cineres facillè redigitur, nullam, aut exiguam tantùm, minimeque sufficientem habent cognitionem.

Cùm autem per omnes disciplinas ire, & quid in unaquaque dictò modò peccetur, aut peccatum fuerit olim, exponere, temporis huic Panegyri destinati non patiantur angustia, nonnulla tantùm proponam, quæ ad Theologiæ & Juris-

pru-

prudenti  
istâ facu  
priorum  
liis anim  
tis. D  
so. Aud  
ribus an  
ex inco  
tate præ

Mem

Jurisperi  
Jurispru  
ones cre  
iis dies n  
bita lect  
bus vera  
riri pote  
fluvius,  
magni r  
rum num  
dam Ge  
nem pro  
cloratus  
rum &  
piendum  
ex Bron  
deprom  
Quid fit  
nus ma

prudentiæ studium pertinent. Quoniam enim istæ facultates aliis antestant, ideò earum etiam priorem rationem habere visum est, iis, quæ in aliis animadverti possunt, in alium locum reservatis. Dum autem eâ de re verba facio, Vos, quæso, *Auditores omnium ordinum splendidissimi*, auribus animisq; favete. Faciam, ut tædium, quod ex incondito dicendi genere oriri poterat, brevitate præcidatur.

Memini, non semel querelas habitas ab ipsis Jurisperitis super eo, quod non pauci in curriculo Jurisprudentiæ ita versentur, ut nihil nisi quæstiones crepent, in iis cardinem eruditionis ponant, iis dies noctesque invigilent, parùm solliciti de debita lectione & genuino sensu legum, sine quibus vera & solida juris scientia non magis repèri potest, quàm homo sine anima, sine aqua, fluvius, sine motu ventus. Narratum mihi est à magni nominis harum rerum Doctore, de horum numero quendam, cum in celeberrima quadam Germaniæ Academia Disputationem solennem pro consequendis privilegiis & honore Doctoratus habiturus esset, non neminem sibi notorum & familiarium ad munus opponendi suscipiendum invitasse, sed eâ conditione, ut non nisi ex Bronchorstio, quem ipse Ducem sequebatur, depromtas objectiones in medium proferret. Quid sit? cum ad conflictum perventum, & manus manui conferenda esset, gratificatur hic ami-

co; sed ita, ut, quod Bronchorstius in ultimum, locum rejecerat argumentum, is aliis præmitteret; quod apud eum penultimum erat, statim, secundò locò proponeret. Tum bonus ille Candidatus, cum series objectionum ab opponente, sibi inversa esset, ordinem responsionum quò in libello Bronchorstii occurrebant, retinet, solutionem primi argumenti ultimo, secundi penultimo applicans, non sine risu totius auditorii & insigni suo dedecore. Sed hæc Jurisconsultis uberius pertractanda relinquo. Ego, quæ ex Viris fide dignis accepi, referre volui.

Id autem ipse compertum habeo, acque ejus rei judicium prorsus à mea professione alienum est, non paucos ante hac fuisse, qui non parum olei & operæ in studio Juris publici consumserint & tùm in familiaribus eruditorum congressibus tùm publicè quoque de arduis ejus quæstionibus disputarint, doctrinâ tamen Politicâ generali modicè, aut saltem non satis fuerint instructi.

Quamvis autem hodiernum Jus publicum, ex aurea bulla Caroli IV. Constitutionibus Imperii, Capitulationibus Imperatorû, & aliis hujusmodi tanquàm principiis *dixétois* sive propriis sit petendum; quis tamen negaverit, etiam communibus Politicorum præceptis, qualia Aristoteles præcipuè & Plato nobis reliquerunt, plurimum hîc esse deferendum, & illis ignoratis, aut non nisi leviter cognitis, in præcipuis etiam & utilitatem pu-

De  
publice  
rum pla  
Sit tibi d  
emplo e  
quanti  
gunt, he  
aliis infi  
di men  
successe  
perspè  
tura? q  
prehen  
quæ fac  
popula  
mæ sim  
tio? &  
cum m  
quæ so  
neque  
Ad a  
Oratio  
quand  
nam er  
sariaru  
tiis uni  
modu  
cies ap  
rum er

publicam attingentibus controversiis præpostere  
 rum planè & infelicem esse laborem? Quid enim  
 Sit tibi definiendus Imperii Romani status, (ut ex-  
 emplo etiam rem declarem) quod quidem  
 quanti momenti sit, fatebuntur illi, qui intelli-  
 gunt, hoc esse fundamentum, de quo in pluribus  
 aliis insignibus quaestionibus, nunquam de jecen-  
 di mentis sint oculi. In hac controversia quo  
 successu versaberis, si non exquisitissimè notum  
 perspectumque habueris, quæ Reipublicæ sit na-  
 tura? quid summâ potestate, quæ anima est, com-  
 prendatur? quid requiratur ad Monarchiam?  
 quæ faciant statum, qui Optimatum dicitur? quæ  
 popularem? sintne omnes Rerumpublicarum for-  
 mæ simplices, an verò earum aliqua detur mix-  
 tio? & in quo illa consistat? Hæc autem omnia  
 cum multis aliis, quæ præterire jam oportet, ubi,  
 quæso docentur, nisi in Scholis Politicorum? Sed  
 neque hisce diutiùs immorari hoc loco licet.

Ad antiquorum Scholasticorum disputationes  
 Orationem convertemus, quales fuerunt, tum,  
 quando barbaries, & linguarum ad omnem bo-  
 nam eruditionem, inprimis Theologiam, neces-  
 sariarum ignorantia tenebris plusquam eim-  
 mætiis universum obrutum tenebat orbem, cum post-  
 modum, cum humanioris literaturæ nitidior fa-  
 cies apparere jam apud nonnullos inciperet. Eo-  
 rum enim peccata in negotio, de quo jam nobis  
 cura

cura est, nimis fuerunt enormia, neque uni atq; alteri illorum hæserunt, sed totum ordinem infecerunt, & detestabilem reddiderunt.

Nomen quidem Scholasticorum in ore omnium est, qui autem illi, & cujus professionis homines fuerint, non omnibus fortassis constat. Non pauci non nisi Philosophos fuisse sibi persuasum habent. At cerè & Theologica, imò hæc de professo tractârunt, neque ab eo, quod rerum Philosophicarum cognitionē professi sunt, sed quatenus Theologiam docuerunt, id nominis fuerunt adepti: quâ quidem de re plura alibi.

Cùm autem plurima sint, eaque non exigui momenti, partim etiam ad salutem animarum, pertinentiâ, quæ in eorum doctrina & disputationibus desiderantur: id, quod ad nos jam attinet, est, quod cum Græcarum & Ebræarum literarum fuerint ignari, neque majorem earum habuerint notitiam, quàm quot, ut proverbio dicitur, *in mari sunt aqua congi*, Codicē sacrarum Scripturarum in suis fontibus, qui soli sunt *autōmōsi* & principium universæ fidei continent, ex quibus, quicquid de Religione asseritur, demonstrandū & omnes controversiæ decidenda sunt, nec legere, quidem, nedum intelligere, aut uti eò potuerint, imò nominatarum linguarum, indeque ipsius textus Bibliorum originalis, hostes fuerint infensissimi. Cùm enim paulò antè, quàm renascentis Evangelii lumen, emicetet, nonnulli lin-  
gua-

gyarum  
ret, dic  
erint, qu  
desudâr  
bant, ex  
riculum  
ad fontes  
thoritat  
hæreseos  
justi hæ  
dignus.

Qua  
ipsis am  
tur infel  
nulla ip  
mum t  
stabile c  
res fuer  
velci no  
que inv  
versione  
in anxie  
persticio  
Theolo  
viam T  
ti, ab  
determi  
ptatem  
sed om  
Tanta a

gvarum studiū quasi ex mortuis revocari inciperet, dici non potest, quanto perē ille sese opposuerint, quantum, ut in visū id omnibus redderent, defudārint, quantis rem convitiis egerint. Clamabant, *ex sermone Græco non mediocri imminere periculum historiæ Evangelicæ, quæ statim, atque ad fontem Græcorum revocari cæperit, pondus auctoritatemq; perditura sit.* Græcè qui sciebat hæreseos erat suspectus, qui Ebraicè, mensuram justæ hæretici jam impleverat, flammis ulticibus dignus.

Quamvis autem culpam istius ignorantia ab ipsis amovere, aut eam saltē diminuere videatur infelicitas temporum, in quæ inciderunt, & nulla ipsis hæc in parte discendi oblata occasio; omnem tamen eis excusationem aufert tūm detestabile odium, quo Linguas earumque Professores fuerunt prosequuti, & quod, cum ipsi scœno vesci non potuerint, tanquā canes, bob; id quoque inviderint, tūm, quod ne in Latina quidem versione Sacri Codicis lectioni incubuerint, sed in anxietatibus quæstionum, magnam partem superstitiosarum, aut curiosarum, aut à pulpitis Theologorum saltim alienarum, ab his secundū viam Thomæ, ad illis secundum passus Scoti, ab aliis ad mentem Gvillelmi Occami determinandarum, omnem suam voluntatem quæsierint; imò non Theologia solū, sed omnis eruditionis arcem in iis collocaverint. Tanta autem & tot nobis ad isthæc demonstranda

da in promptu sunt documenta, ut si omnia illa afferre institueremus, dies nos deficeret. Unum atque alterum tantum feligemus.

Ex Heinrico Stephano in *prefat. ad censuram Theologorum Parisiensium* hoc habemus: *Ante paucos annos, inquit, ex Sorbona quidam sic loquebatur: Miror, quod isti Juvenes nobis semper allegant novum testamentum. Per diem ego plus habebam, quam quinquaginta annos, quod nesciebam, quod esse novum Testamentum? Addit autem Stephanus, si quando rogarentur, quò loco Novi Testamenti aliquid scriptum esset? respondere solitus, se illud quidem in Decretis, aut apud Hieronymum legisse, quid verò Novum Testamentum esset, ignorare. Fuerunt hi Doctores Angelici, Seraphici, Cherubici, aut Theologi saltem illuminati, (ita enim & vocabuntur, & vocari se volebant) illorum discipuli.*

Sed nec id, quod de Alberto Archi-Episcopo Moguntino narratur, præteribimus: Is cum anno supra millesimum quingentesimum trigesimo, in Comitibus Augustanis Codicè Biblicum, quem in mensa collocatum reperiebat, tanquam aliud agens, aperuisset, tandem dixit: *Equidem nescio, quid hoc libri sit. Subjunxit autem: illud video omnia, que eo continentur, nobis adversari. At fuit hic non vulgaris aliàs doctrinæ Princeps, & Doctorum fautor atque Patronus summus.* Ac

D  
Atque  
Scriptura  
vel saltem  
aut quicquid  
ne confes  
mirum t  
ri Biblia  
ta jacuer  
manibus  
tur, aliis  
næ erudi  
non dispe  
litteras pe  
adduci a  
proclivi  
it; quò  
Lombar  
didicerin  
& cujus  
illud tan  
nerati, &  
runt. C  
exemplu  
ad Marti  
sem, epist  
bis attul  
Cen  
torem, ne  
autem di

Atque hæcenus quidem de iis sermo fuit, qui Scripturas apertè & citra pudorem contempsere, vel saltem se non legisse, imò nunquàm vidisse, aut quicquam de iis audivisse, sine tergiversatione confessi sunt. At fuerunt, posterioribus nimirum temporibus, cum jam ministerio Lutheri Biblia ex squalore & tenebris, quibus diu obruta jacuerunt, in lucè protracta essent, & multorù manibus versarentur, qui magnificè gloriarentur, aliisque persuasum esse cuperent, omnigenæ eruditionis laude se excellere, nihil esse, quod non disputando obtinere vellent, adeoque Sacras literas penitus imbibisse, nullumq; ex iis textum adduci adversus se posse, ad quem non tam inproclivi esset responsio, quàm imber quando pluit; quòd tamen nihil unquàm nisi *sententias Lombardicas & Sophisticationum fumos* vendere didicerint, Scripturarum penitus fuerint ignari & cujus nullus unquàm apex in iis fuit repertus, illud tanquàm ex iis prolatum acceptarint, venerati, & pro suis deliriis exponere conati fuerint. Cujus rei illustre & prorsus memorabile exemplum proponit Thomas Morus in quâdam ad Martinium Dorpium, Theologum Lovaniensem, epistolâ, quod ubi elegantissimis ipsius verbis attulero, receptui canam:

*Cœnavi olim apud Italum quendam Mercatorem, non minus doctum, quam divitem (erat autem ditissimus) fortè aderat in cœna religiosus*

quidam Theologus, disputator egregius; qui recens  
 e continente venerat, ut quæstiones aliquot, quas  
 premeditatas advexerat, Londini disputaret; ex-  
 perturus videlicet, in ea disceptandi palestra quid  
 Angli præstare possent; simul nomen suum jam apud  
 suos celebre, apud nostros quoque propagaturum.  
 Ceterum, in cœna nihil à quoquam dici tam bene-  
 munitum, aut libratum tam circumspicere potuit,  
 quod non ille vix prolatum, aliquò statim syllogismo  
 convelleret; quantumvis res, de qua sermo erat,  
 nihil ad Theologiam pertinens, ad Philosophiam  
 tantundem, quantumvis denique ab universa ejus  
 professione esset alienum; nisi, quod initio cœna fe-  
 cerat, ne alienum esse quidquam ab ejus professione  
 posset. Professus est enim, se in utramque partem  
 de re quacunque disputaturum. Paulatim cepit  
 Mercator ad quæstiones magis Theologicas descen-  
 dere. De usura proponebat; de decimis; quadam  
 de confessionibus. In omnibus nihil erat Theolo-  
 go pensis, utram sustineret partem; sed utramcumq;  
 abiquis asseruisset, illam oppugnabat, ac vicissim,  
 quæcumque alius negaverat, hanc ille protinus as-  
 traebat. Tandem per jocum Mercator sermo-  
 nem de concubitis iniecit, cœpitq; defendere, mi-  
 nus mali esse, unamquampiam domi habere, quam  
 foris per multas discurrere. Ibi rursus Theologus  
 insurre, oppugnare ferociter; nec quod usque adeo  
 concubinam videretur odisse; sed ne cum quoquam  
 ea quidquam conveniret, sive quod hominem for-  
 tasse

tasse v  
 conclus  
 storis  
 intitu  
 idque c  
 sepius  
 Mercat  
 recit an  
 non per  
 exerciti  
 que int  
 enim e  
 parti q  
 pse om  
 commu  
 vi Pat  
 bat E  
 pitulu  
 si quis  
 data o  
 Theol  
 tanqu  
 person  
 illuc  
 tum v  
 quum  
 nones  
 retr  
 ritati

tasse varietas oblectabat. Caterum assererat, esse conclusionem famosam cujusdam limpidissimi Doctoris, qui fecit illum singularissimum librum, qui intitulatur, DIRECTORIUM CONCUBINARIORUM, idque cum ob malum exemplum, tum ob occasionem sepius peccandi cum ea, que domi sit. Respondit Mercator, doctè me hercè, & acutè, qui longum recitare fuerit. At quum olfecisset, Theologum non perinde in scripturis atque in quasi iunculis illis exercitatum, cœpit hominem ludere, argumentari que interdum per locos ab auctoritate. Effingebat enim ex tempore sententias quasdam breves, sue parti que viderentur ad stipulari. Quumque ipse omnes nusquam ante auditas pro libito fuisset commentus; hanc tamen ex Epistolâ quâpiam Divi Pauli, illâ ex Petri, aliâ rursus ex medio citabat Evangelio; idque tam diligenter, ut neque capitulû unquam, dum citabat, omitteret; nisi quod si quis liber in sedecim capitula distinguebatur, ille data opera citabat ex vicesimo. Quid ille bonus Theologus interim? Ad cetera certè strenuus, & tanquam herinacius, spinis sese suis obvolvitur. At personatas illas auctoritates vix: hercè huc atque illuc vitabundus evasit. Sed evasit tamen. Tantum valet ars & exercitatio differendi. Nam, quum ille, quid in sacris contineretur literis, omni non esciret, neque dubitaret, quin quod inde citaretur ibi esset; non deferre vero, cedereq; auctoritati scripturæ, nefas duceret; at loco depecti, vincit

U n n

que

que, turpissimum: tantis circumseptis angustiis vide, obsecro, quâ astutiâ tamen Proteus ille è mediis retibus elapsus est. Statim, ut aliqua sententia, qua nusquam erat, tanquam è Sacris literis adversus eum citabatur: Benè citas (inquit) Domine; sed illum textum ego sic intelligo. Et jam interpretabatur, non sine aliqua distinctione bimembri; quorum alterum pro adversario stare disceret, altero ipse effugeret. Quod si quando Mercator instabat molestius, contenditque, ejus textus non illum verum esse sensum, quem Theologus afferebat; jurabat homo tam sanctè, ut quisvis posset credere, Nicolaum de Lyrâ eundem textum sic interpretari.

Hæc Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, Vir seculò suò major. Ex quo, ut & aliis maximæ existimationis Scriptoribus, demonstrare quoque poteramus, & fortassis etiam, poscente ita argumenti ratione, debueramus, ne Scripta Sacrorum Patrum quidem, quos tamen nunquam non in ore gesserunt, quosque pro columnis veritatis fidei habuerunt, legisse Scholasticos Doctores, sed quæcunque, tanquam sententias & testimonia eorum, allegarunt, ex Decretis, aut Petró Lombardo desumisse. Verùm

memor promissi, finem Orati-  
unculæ impo-

no.

D I X I.

V. ORA-

DU

C

aliâ qu  
deniqu  
nobis p  
monita  
depron  
legii P  
nis hõc  
beat O  
commu  
crarur  
Philos  
Politi  
tis ang  
medic  
Ma  
ptores  
tam,  
corpu  
cum v

## ORATIO,

eaque PRIOR

DE

## DUPLICI MAJESTATE,

**C**um mihi, AUDITORES, in solenni hoc cœtu verba facienda sint de re, vel ad mores civilesq; disceptationes pertinentes, vel in Naturæ obscuritate positâ, vel aliâ quavis parte Philosophiæ comprehensâ, vel denique ex illâ disciplina, quæ voluntatem Dei nobis patefaciendo, & viam ad aternam salutem monstrando reliquas omnes dignitate antecellit, depromptâ, (ita enim habent verba Statutis Collegii Philosophici inserta: *Ceremonia Promotionis hœc ordine observentur: Primum Decanus habeat Orationem, ad finem aliquem vite utilem accommodatam, sumtâ materiâ vel ex doctrina Sacrarum literarum, vel ex aliqua parte sincere Philosophiæ*) visum est, quæstionem quandam ex Politicis proponere, eamque, quantum temporis angustia patitur, dictione non exquisitâ, sed de medio sumtâ, & quotidianâ, exequi.

Majestatem non pauci rerum Politicarû Scriptores faciunt duplicem: Alteram populo insitam, ideoque Reipublicæ coævam, & quandiu corpus ejus durat, permanentem, neque unâ sum vita Regis aut Principis expirantem; alte-

ram in Personam collatam esse, & cum ea coincidere scribunt; unde etiam personalem & imperantis seu regnantis, sicut priorē realē, & Regni sive imperii, appellant. Quin illā hāc, tanquā fundamento, niti, eique, tanquā superiori, obnoxiam & obstrictam esse, apertē profitentur.

Quæ quidem distinctio Veteribus, quantum mihi constat, penitus incognita fuit, neq; ullius ex antiquitate autoris testimonio comunitur. Ex Recentioribus autē Patronos habet sanè non proletarios, sed celebres, & multi nominis. Verūm, & nullis eam idoneis fundamentum fulciri, & cum magnis difficultatibus confictari, adeòque tum seipsam, tum naturam Majestatis evertere, semper existimavi.

Eà de re cum nonnulla (nam omnia aut pleraque, quæ super eā dici possunt, jam proponere, intemptiva foret diligentia) in medium proferre constituerim, Vos, quæso, AUDITORES omnium Ordinum splendidissimi parvam exigui temporis usuram, benevolasque aures mihi concedite.

Ut igitur inde telam nostræ Oratiunculæ exordiamur, illis ipsis, quorum sententiam modò adduximus, *Majestas est summa potestas*. Summam autem potestatem dicunt esse, *quæ præter DEI immortalis potestatem superiorem inter homines, nullam agnoscit, nullique, præterquam Deo, sub-*

je-

secta su  
esse om  
tatibus  
perius, q  
beri aut  
runt. R  
riorem;  
gantur.  
net illuc  
de priva  
tem DE  
re. Et, qu  
Re  
Re  
Cum hil  
cietate c  
Majesta  
jestati in  
que Leg  
Quid  
gere, si h  
mi subse  
realem M  
priè & A  
merè & i  
addit ar  
loquendo  
autem A  
nimata,  
narchia,

*se* *Ma* *est* *at* *que* *pareat*. Vel ut aliis loqui libet, esse omnibus imperiis aliis & potestatibus, dignitatibus & honoribus, *ius* & fastigium quoddam superius, quo post Deum nihil in statu Reipublice haberi aut excogitari majus aut excelsius possit. Afferunt, Reges solum DEUM & enssem habere superiorem, eosque, si alterius dicto morem genere cogantur, *Majestatis* nomine privari. Quò pertinet illud M. Aurelii: *Magistratus* quidem ipsos de *privatis*, *Principes* de *Magistratibus*, solum autem DEUM de *Principibus* judicare & discernere. Et, quod Lyricorum Latinorum Princeps canit

*Regum timendorum in proprios greges,*

*Reges in ipsos imperium est Jovis.*

Cum hisce quomodo quæso conciliari, quâve societate conjungi potest, quod iidem tradunt: *Majestatem*, quam *personalem* vocant, esse *Majestati imperii*, tanquam *superiori*, *obligatam*, *ejusque Legibus teneri*?

Quid est, contradictionis pugnum sibi impingere, si hoc non est? Scriptor quidam non infimi subellii, in Theatro suo Politico *Majestatem realem* *Majestatis* appellationem non nisi *impropiè* & *Metonymicè* suscipere, opinatur, & ne temerè & inconsideratè id protulisse putari queat, addit argumentum: *Quod propriè* & *accurratè* loquendo, *Majestas* sit in re *animata*; *realem* *Majestatem* arbitratur non *insidere* in re *animata*, quod non ipsi *Monarchæ* *inhereat*, sed *Monarchiæ*, seu *imperio* aut *Regno*.

UNA 3

Sec

Sed ò inscitam, & rationi repugnàntem ratio-  
nem! Cujus vanitatem deprehendat, qui primæ  
Philosophiæ rudimenta vel à limine saltim salu-  
tavit.

Sunt certè, inter quos Hænonius, qui *ἡγεμονία*  
*ἡγεμονία*, quod vulgò *subjectum* vocatur *Majestatis*,  
constituunt *rem animâ destitutam*. Dicunt e-  
nim, *id esse territorium*. Quàm benè & cogitatè,  
non est, ut jam perpendamus. Paulò circum-  
spectiùs Besoldus: *Dam tribuant*, inquit, *impe-  
rio Majestatem*, non ideò *inanimata rei eam ad-  
scribunt*, sed *illa personarum intuitu competit rei*.  
Quamvis fanè ne hoc quidem veritati conveni-  
enter & exquisitè. Potiùs enim adserendum, eam  
còntemplatione rei competere personis. Notum  
est, *subjectum non uno dici significatu*, sed bipar-  
titiò à Philosophis, & ipso Philosophorum Cho-  
ryphæo distribui. Aliud enim *subjectum quod  
vocat*, aliud *subjectum quo*. Illi ratione hujus,  
nò huic ratione illius, accidentia tribuenda sunt:  
quemadmodum parùm aptè diceres, *albedinem  
superficiè inesse per corpus cum potius corpori in-  
terveniente superficiè adscribenda sit*. Christum  
seu Filium Dei, si ex Scripturis ad hanc rem illu-  
strandam aliquid adducere fas est, *ex Patribus,  
ex semine David esse genitum secundum carnem*.  
Apostolus docet. At quis ita loqui ausit, ut dicat,  
*carnem genitam fuisse ex semine David, secundum  
Filius Dei, vel secundum Christum?* Quærere  
libet

libet e  
si sumu  
animat  
na Mo  
nam ip  
esse, st  
mines,  
sive pra  
in rebu  
in regr  
in rebu

Sed  
lidam  
cedat r  
tur, tri  
tamen  
vulus f  
enim M  
priè, n  
sic app  
unt, a  
bulo in  
Deum  
admo  
Poëtæ

Ad  
Majest  
Majest

libet

libet ex eo, cum quò modò Disputationem ingres-  
si sumus, quiq; negat, Majestatem Regni in re  
animata domicilium habere, quod non in perso-  
na Monarchæ hæreat, sed in Monarchia: *in quo-*  
*nam ipsam Monarchiam commorari, aut desixam*  
*esse, statuat?* Dubio procul nominabit ipsos ho-  
mines, ex quibus Regnum constat, sive universos,  
sive præcipuos. At si Monarchia vel Regnum est  
in rebus animâ instructis, & verò Majestas realis  
in regna residet, fieri non potest, quin & ipsa sibi  
in rebus animatis sedem fixerit.

Sed propiùs ad rem accedamus. Demus, va-  
lidam esse propositam argumentationem. In-  
cedat nomen Majestatis, cum illi quæ realis dici-  
tur, tribuitur, significatè translatiò! Non sic  
tamen effugient, quò minus ex hoc ipso fonte ri-  
vulus fluat, alicujus absurditatis labe infectus. Si  
enim Majestas realis non est Majestas nisi impro-  
priè, nulla dabitur in Republica Majestas propriè  
sic appellata. Nam Majestas personæ, uti statu-  
unt, agnoscit superiorem. At Majestas, voca-  
bulo in nativâ & genuinâ notione sumptò, præter  
Deum immortalem nihil habet superius: quem-  
admodum ex suprâ dictis constat, & testatur  
Poëtæ Versiculi:

— — *Nullum caput ista super se*  
*Adspicit, excepto cælorum Rege, potestas!*  
Majestas ergò personæ indigna est appellatione  
Majestatis, nisi voci proprietatis significationis de-  
tracta, ali-

aliquam partem eminentiæ ejus abstulerit. Quod si verò nec Imperii Majestas hoc nomine propriè gaudet, cum præter hanc, & personalem, nullam aliam (sermo in præsentì non nisi de Majestate humanâ est) admittant: consequens est, nullam aliam propriè vocatam reperiri in mundo, neque repertam esse unquam Majestatem. Quod si ita est, prorsus nulla reperitur: quod enim propriè non est, id prorsus non est: sicut cadaver humanum, quia non est propriè homo, homo non est; & si non esset in rerum natura homo propriè divinus, nullus esset homo.

Sed hæc in gratiam ejus, qui Majestati populo peculiari, & ab altera, quæ Regi adscribitur, distincta, ex impropria significatione præsidium quarit, abundè disputata sunt.

Quoniam verò cujuslibet inquisitionis & expositionis veri duæ præcipuæ partes sunt: una, ut id, quod defendendum nobis sumus, vel plurimum aut unius saltem evidentis & validioris argumenti robore muniamus, idque contrariæ assertioni opponamus; altera, ut arma adversariis è manibus extorqueamus, aut aciem eorum retundamus: res ipsa postulat, ut, quibus telis pungent illi, qui Regiam Majestatem populi pedibus subjiciunt, videamus.

*Constituens, inquit, est superius constituto. Cum ergò populus Principes & Reges constituat, nullum dubium esse potest, quin populus Regibus & Prin-*

*Principum  
eorum  
rias Po  
ci abdi  
populo  
potenti  
cipit, e  
plebs c  
Avent  
Ver  
fulget  
plumb  
constit  
consti  
non et  
non o  
teri in  
rum si  
Tum  
mino  
ce spl  
Studi  
tus, &  
felici  
merc  
sanæ  
eum  
Q  
scipu*

*Principibus, atque adeo potestas populi potestate eorum sit superior. Quod argumentum Zacharias Pontifex Francis suggessit, cum de Chitterici abdicatione consultaretur. Princeps, inquit, populo obnoxius est, quandoquidem quam habet potentiam, honorem, divitias, gloriam, à populo accipit, eique acceptam referat, necesse est. Regem plebs constituit, eundem & destituere potest, apud Aventinum Lib. III. annal.*

Verum telum hoc non auratum est, nec cuspidè fulget acutâ, sed obtusum, & habet sub arundine plumbum. Quis concedat, omne constituens esse constituto superius? cum fieri possit, ut aliquid constituat aliud supra se? Si supra se, ergo ipsum non est eò superius, sed potius inferius. Annon olim contingebat, ut quis se daret ultrò alteri in sevitutem, ea subire paratus, quæ servorum sunt? Constituebat igitur sibi Dominum. Tum autem futurum est, ut servus præstet Domino, quando nigrum albo candidius, tenebræ luce splendidiore evadent. Ufu quoque venit, ut Studiosus bonarum artium, & parentibus orbat, & suæ tutelæ jam per ætatem effectus, quod feliciores faciat progressus, Viro erudito pactâ mercede se informandum tradat. Quis tam vesanae mentis est, ut discipulum Præceptoris, quod eum constituerit, præferre audeat?

Quamvis enim nihil impediat, quò minus discipulus Præceptoris antecellat: id tamen non

habet, ut discipulus est, sive, ut honestis disciplinis imbuitur ( hâc enim ratione Præceptoris est præscribere, discipuli autem dicto audientem esse ) sed ut princeps fortassis, aut Principis filius. Non est discipulus supra Præceptorem, nec servus supra Dominum suum, divina Servatoris nostri apud Evangelistam vox est.

Romulus, ut Autor est Dionysius Halicarnasæus plebejis dedit optionem, ut quem quis vellet, ex Patriciis sibi Patronum eligeret. Fuitne ergo Patrono cliens propterea superior? Valentinianus Imperator, licet se ad culmen imperii à Prætorianis evedtû esse fateretur, negavit tamen, propterea iis quidquam in se juris convenire, sed eorum non minus esse in omnibus parere, quàm aliorum quorumvis. *Ut enim me, inquit, ad Imperium eligeretis, in vestra erat potestate: sed postquam electus sum, quod petitis, meo in arbitrio est, non alieno. Pareatis ergo. Ego que faciendæ supersunt, curabo.*

Ex quibus satis superque, puto, demonstratum dedimus, quantum vanitatis primæ propositæ argumentationis parti sit adpersum.

Alteri quoque, quâ credunt, omnes Reges à populo aut subditis constitui, genua labare, multis ostendere possemus; sed in aliud id tempus rejectum volumus. Consideremus & alia, quibus Sententiam suam stabilire conantur.

*Negari non potest, inquit Althusius, illam Ma-*  
je-

jestat  
subje  
in uniu  
Majes  
ut ille  
inmu

Ver  
præsta  
re im  
mini.  
Tunc  
quoq  
ma ne  
nullo  
men u  
ms to  
stent a

Su  
conf  
alesc  
tenti  
D

re, qu  
rium  
quid  
scate  
N  
ager  
m

jestatem majorem esse, quæ immortalis est in suo subiecto, populo scilicet, & alteram minorem, quæ in unius persona consistit, & cum eadem moritur. Majestatem autem Imperii penes populum esse, & ut ille de vita non migrat, ita enim ab interitu esse immunem, apud omnes extra dubium est.

Verùm ô miserabilia argumenta, quibus de præstantia rei, aut ex longinquitate ætatis, aut de te immortalitatis judicatur. Tunc quæcum homini, quod ea hõc longè durabilior sit, præferes? Tunc gloriam & celebritatem, quæ post mortem quoque viget, virtuti antepones? Materia prima necessitate corruptionis ita exempta est, ut nullo eventu queat ad nihilum reduci. *Ejus tamen ut faceret cum Scaligero dicamus, penè à devotissimis toties est à Philosopho dicta, picta, predicata, ostentata, decantata, ut loca recensere pigeat.*

Sumit quoque Althusius tanquàm certum & confessum, ex duplici Majestate Rempublicam coalescere; quod ipsum tamen est, super quò contentionis funis trahitur.

Deniq; non verentur probationis loco adferre, quod major potestas majores vires desideret plurimum autem tales sint, & magis quàm unius. Quod quidem tot evidenter falsis & inconvenientibus scætet, quod verba complectitur.

Non producam illa opera, quæ sine socio peragere Samsoni nihil operæ fuit, quibus patrandis multi conjunctim, imò nõ contemnenda homi-

num multitudo non fuisset par. De Maximino Thrace, qui tanta corporis vastitate & robore fuit, ut non raro per jocum Conjugis armillas loco annulorum pollice suo gestaret, quid Cuspinianus narret, referam. Cùm Maximinus, Imperatore Severo, sub quo stipendia faciebat, ludos militares in natali Filii celebrante, rure rediisset, videns certantibus proposita præmia, Principem rogavit, ut sibi quoque liceret manum cum militibus conferere. Severus proceritatem corporis miratus, ne quid indignum militibus homo barbarus inferret, concessit cum lictis certamen inire: Quorum sedecim sine ulla temporis intercapedine stravit miram prosperitate. Cumque tertio post die vires ejus penitus noscere Princeps cuperet, Maximino, pedibus comitari se jussit, equum diu nunc effusissimis agebat habenis, nunc in gyros variè torquebat: ut hominem defatigaret. Cumque postea percontatus, *an jam quoque pugnam expeteret*, promptissimumprehendisset; septem valentissimos milites ex omni numero delegit, cum quibus luctaretur. Sed & illos omnes illico digitum tollere coëgit.

Cæterùm cùm vires non in robore corporis tantùm, sed in pecuniis quoque aliisque rerum gerendarum instrumentis consistant, sumamus etiam M. Crassum, qui opibus & rerum abundantia adeo inter Romanos excelluit, ut negaret, quinquam habendum divitem, qui exercitum

ANNUO

annuo  
plurim  
in unum  
plus vir  
multos,  
moria e  
neque r  
permitt  
in virib  
um, nih  
tem, ut  
quam v

Qua  
mè sunt  
lant. C  
estatis d  
netorun  
est infe  
dendi s  
tus, opp  
dum la

Turp  
quando  
majorē  
Dicitat  
pud ve  
tam eff  
cat Ha  
superio

annuò reditu non posset alere. Cum hóc omnes plurimorum aliorum Civium Romanorum vires in unum congestæ comparari non poterant. Quin plus virium unum aliquem obtinere posse, quàm multos, infinitis exemplis omnis temporum memoria comprobatur. Quorum plura adducere, neque rei ipsius postulat evidentia, neque tempus permittit, præcipuè, cum & hoc accedat, quod in viribus unius, aut plurium, vel etiam omnium, nihil sit momenti ad perficiendam Majestatem, ut cujus natura *juribus* potiùs & *potestate* quàm *viribus* absolvitur?

Quæ ipsa certè vocabula confundenda minime sunt, quippe quæ paribus passibus non ambulat. Genevensium Respublica non minus potestatis & juris habet, quàm Genuensium & Venetorum; potestate tamen & viribus longè illis est inferior. Qui in latrones incidit, illi defendendi se potestas est, at plerumque viribus destitutus, opprimitur. Sed hæc illis quoque, qui *ere non dum lavantur*, non incognita sunt.

Turpiter autem hallucinari Althusium etiam quando scribere non erubuit, *plurium potestatem majore esse poteste unius*, vel solius apud Romanos Dictatoris eminentia testatur. Dictatoribus apud veteres summam potestatem ad tempus creditam esse, leges civiles affirmant. *Dictaturam* vocat Halicarnassæus *potestatem legibus omnibus supersorem, à quâ consiliorum factorumque ra-*

tionem reposcere non liceat. Livius dicit, *Dictatorem imponi moderatorem & Magistrum consulis*. Unde ob duplicatam potestatem dictus fuit *diōnitus*. Imò, quod neque senatui, neque plebi obnoxius, sed ipse ambobus superior, fuerit, iisque pro arbitrio imperare potuerit, testatur Polybius.

Bodinus quidem Dictatoris potestatem Tribunorum & plebis libidini subijcere conatur inde, quod Luc. Papyrius Dictator Fabium Max. equitum Magistrum, quod contra ejus mandatum cum hoste dimicasset, capitis damnarit, qui tamen ex provocatione populi judicio liberatus fuerit. Quod quidem adductis Livii verbis planum esse censet. Illa sic habent: *Tum Pater Fabii Tribunos, inquit, appello, & provoco ad populum, qui plus quàm tua Dictatura potest, cui Rex Tullius Hostilius cessit,*

Verùm ex iis, quæ in contextu Historici sequuntur, tam perspicuū est, atque si radiis solariis scriptum sit, illà provocatione nihil fuisse effectum, licet pro Fabio, præter favorem populi & Tribunicium auxilium, staret Senatus auctoritas, memoria exercitus, & res præclare ab ipso gesta. Cùm enim Dictator summâ constantiâ & rigore jus suum tueretur, neque quidquam de eo diminutum vellet, & Tribuni, & populus, ad preces versi, orare eum institerunt, ut veniam errori humano, veniam adolescentiæ Fabii daret. Quin  
jam

jam ipsi  
summu  
turæ, co  
& iram  
bò com  
Fabius  
ficeret,

Quo  
lii Regi  
provoc  
jorem s  
spexit a  
tribus, c  
quo vic  
rerat, so  
res long  
Fabio p  
tus dea  
pulñ, se  
erat, cog  
vulgus j  
esset, su  
spontè,  
tulit: q  
storicus  
evidens  
mente v  
non vid  
Ne

jam ipse adolescens, jam Pater M. Fabius, Vir-  
summus, utpote ipse olim functus munere Dicta-  
turae, contentiones oblitus procubere ad genua,  
& iram Dictatoris fuerunt deprecati. Quæ ver-  
bò complexus est Florus in Epitome, quando ait:  
*Fabius Romam profugit, & cum causa parum pro-  
ficeret, populi precibus donatus est.*

Quod autem Pater Fabius exemplo T. Hosti-  
lii Regis adversus Dictatorem pugnavit, quasi is  
provocationi ad populum cesserit, atque ita ma-  
jorem sua populi potestatem agnoverit, in eo re-  
spexit ad causam Horatii, unig ex tergeminis fra-  
tribus, qui post conflictum cum tribus curialibus,  
quo victor imperium Romanis in Albanos pepe-  
terat, sororem interfecerat. Verùm enim verò  
res longè aliter comparata fuit, quàm à Parente  
Fabio prodita est. *Non coactus, aut ullo jure obstri-  
ctus dedit locum provocationi Tullio Hostilio ad po-  
pulum, sed cause, cujus Judex sine omni provocatione  
erat, cognitionem, ne ipse tam tristis ingratis, ad  
vulgus judicii & secundum judicium supplicii autor  
esset, sunt verba Livii, post longam hesitationem,  
spontè, judicio ac voluntate sua, ad populum re-  
tulit: quod quidem tum apud jam laudatum Hi-  
storicum, tum Dionys. Halycarnassæum tam  
evidens est, ut nemo tam sine oculis, tam sine  
mente vivat, ut id, etiamsi non ita curiosè, legat,  
non videat, non intelligat.*

Neque difficile esset pluribus demonstrare &  
antè

ante oculos ponere, ex Legibus quoque, partim à Romulo, partim à Valerio Publicola latis, nisi finis huic Oratiunculae esset imponendus. Quod faciemus, si unum adhuc, quod vel palmarium in hac causa est, Althufio & *ὁμοψύχοις* opposuerimus.

Illud hujusmodi est. *Si plurimum potestatem in Republica esse majorem unius potestatis, sempiternae veritatis est; non inuenietur, neque inventus est unquam status Monarchicum. Imò si ubiq; maximè penes populum jus est, nullamquog; reperire licebit Rempublicam optimatam.* Quod non illis solum, cum quibus modò controversia nobis est, sed toti Politicorum & Historicorum choro aduersatur. Illi autem excogitent, quidquid possint, vetant se, in quascunque velint formas, nunquam laqueò istòc caput expedient.

Atque hæc quidem sunt, *Auditores honoratissimi*, quæ de gemina quorundam Majestate commentari volui. Fuerunt ea, fateor, generaliora, & non exiguam partem *μεταφυσικῶς* *εἰρηγ.* Dabitur forrasis brevè de eadem quaestione

specialiora proferendi  
locus.

D I X I.

VI.  
ORATIO  
eaque POSTERIOR  
De

DUPLICI MAJESTATE.

**N**ondum mensuram exactum est spacium, cum ex hac ipsa Cathedra de duplici Majestate, reali & personali, uti vocant, à non infima cavea Politicis introductâ, usurpatâ & decantatâ, verba feci: Controversâ profectò non de lana caprina, aut asini umbra, sed de re maximi momenti. In qua si hallucinatus fueris, neque rectam tenueris viam, in negotiis gravissimis, & ad statum quietemq; publicam pertinentibus, transversum te agi, perniciosissimisque implicari erroribus, necesse est; fierique potest, ut subditis in Principem aut Optimates armentur, & seditionibus Respublicæ repleantur.

Notum est, quid moliatur ille, qui comentitio nomine Stephani Junii Bruti superbit, in librò, cui inscriptionem *vindictarum contra Tyrannos* fecit: id nimirum, ut iisdem auspiciis viam adfectet ad legitimæ potestatis Principes calamo, quibus excusit olim Brutus Superbi Tyranni jugum gladiò. Notum est, quid disputet Buchananus,

Xxx

Vir.

Vir cœterà doctissimus : & qui velut agmine facto brutum sequuntur , Danaus, Casmannus, Althufius, Hœnonius. Hi omnes id agunt, ut toti mundo persuadeant, si Princeps officium deferat, aut potestate suâ abutatur, hoc est, veræ Religionis abolitioni incumbat, aut luxui, scortationi, avaritiæ, ignaviæ deditus, aut inutilis, & parùm habilis ad imperandum sit, & quæ sint hujus farinae alia, tunc subditis jus & fas esse, obedientiam abjicere, armatâque manu de solio cum depellere.

Execrabile hoc, rationique & Sacris literis adversum dogma, si ex adfertione geminæ Majestatis per necessariam consequentiam non conficitur : ad id tamen inde via munitur, facilisq; est prolapsio : quod iis, recentiorum Politicorû scripta qui evolverunt, non potest non esse planum.

De eadem Quæstione iterùm nunc agere, & quæ ad expositionem ejus necessaria sunt, nuper autem propter temporis angustiam in medium proferri non potuerunt, proponere constitui. Quanquàm jam quoque temporis ratio habenda, rantumque patiùs dicendum est, quantum illud permittit, quàm quantum res ipsa flagitat. Vos, quæso, *Auditores eminentissimi atque lectissimi*, eadem voluntate, quam nuper ad excipiendam Oratiunculam meam vos attulisse persuasum habeo, nunc quoq; per horæ quadrantem me complecti ne desistite.

Ut

Ut autem major lux decursui nostræ disceptationis affulgeat, paucissimis quædam ex superiori dissertatione repetenda duximus. Qui duplicem Majestatem inducunt, illam, quam *realem*, appellant, populo sive subditis adscribunt, *personalem* autem, sive regnantis Majestatem, in persona Regis defixam, eamque alteri illi, tanquam superiori, obnoxiam & obstrictam esse contendunt. Nos hæc adversis frontibus cum natura, Majestatis pugnare, neque cum illa conciliari, ullæ societate jungi posse, supra ostendimus, cum Majestas *summa sit in qualibet civitate potestas*. Summam autem potestatem describunt, quod *superiorem inter homines non agnoscat, nullique, præterquam DEO immortalis, subiecta sit*.

Verùm enim verò non sine causa quis censeat, non deesse, quod reponi possit, neque tantâ firmitate rationem hanc esse confictam, ut dissolvi nequeat. Alia enim illi cum quibus jam disputatio nobis est, adferunt in describenda Majestate *reali*, alia in *personali*. Illam enim *constituenda*, hanc *gubernanda* Reipublicæ præficiunt. Quæ de causa etiam illam leges, uti vocant, fundametales, comprehendere scribunt, quales sunt de Rege vel per electionem, vel ex stirpe per successionem accersendò, de feminis earumq; liberis à successione excludendis, de peregrino ad fastigium regni non evehendò, de jure primogenitura, de regno non alienando, neque inter plu-

res dividendo, & si quæ sunt hujus generis alia, Hanc autem, personæ Majestatem, statuunt consistere in juribus Majestatis, in potestate nimirum figendarum & refigendarum legum, (earum intellige, quæ non spectant ad statum aut constitutionem Reipublicæ, has enim Majestatis realis esse jam audivimus) in jure belli & pacis, sive movendorum & ponendorum armorum, jurisdictione supremâ, creatione Magistratum, & aliis, quæ à Politicis enumerari solent. Hæc enim necessaria sunt ad gubernandam Rempublicam; priora non item. Non sine probabilitate igitur cui videatur, duo hæc: *Majestatem esse summam in Republica potestatem.* & nihilominus *duas esse ejus species, quarum altera personalis nempe, reali obligetur, eaque inferior sit,* inter se non pugnare, sed amicam fovere concordiam, propterea, quod sic Regis Majestas, nihil obstante, quod alteri devincta sit, maneat summa, non ἀπλῶς & omnibus modis, sed in certo genere, eorum scilicet, quæ ad regendam Rempublicam pertinent, cum, quantum ad hæc, nihil profus in eam populo sit juris.

Hæc quamvis apud multos plausum fortassis & approbationem mereantur, tamen si in ea paulò acrius considerationem intendamus, deprehendemus, rem iis minimè reddi expeditam, Si enim potestas Regis summa est, quantum ad rationem regiminis & gubernationis necesse est, quoniã  
hoc

hoc n  
sive M  
constit  
V. g. f  
confili  
di, aut  
ejus h  
cludar  
nunc i  
lus, au  
nisi ab  
um in  
possun  
tis Reg  
am eff  
est, ad  
iis, qu  
statem  
se Maj  
mus, v  
aut pl  
feedus  
etiã  
Princ  
enim  
mus e  
tis, ea  
titur,  
Quo

hoc non impediēte, obstrictus dicitur populo,  
 sive Majestati populi, id non fieri nisi in iis, quæ in  
 constitutione Reipublicæ attendenda esse dicunt.  
 V. g. si Princeps fulgens gubernandi Majestate,  
 consilia agitet, Regni aut inter Filios distribuendi,  
 aut ad Filiam transmittendi, ubi fœminæ ab  
 ejus hæreditate legum sanctionibus penitus ex-  
 cludantur: tunc ex sententia eorum, cum quibus  
 nunc in arenam disputandi descendimus, popu-  
 lus, aut Ephori, populi nomine, id prohibere, &  
 nisi ab instituto desistere Rex velit, vi armata e-  
 um in ordinem redigere, imò & septrô exuere  
 possunt. Et hoc est, quod Majestatem regnan-  
 tis Regni Majestati, tanquàm superiori, obnoxia-  
 am esse docent. Quæ si ita sunt, negari non pot-  
 est, ad reverendum quoque esse, in aliis, nimirum  
 iis, quæ in Juribus Majestatis continentur. Maje-  
 statem regni vicissim obstrictam & obligatam es-  
 se Majestati Regis, tanquàm superioris. Pona-  
 mus, videri Regi, legem aliquam esse ferendam,  
 aut placere bellum alteri Reipublicæ facere, aut  
 fœdus cum ea pangere: quid juris hîc populo,  
 etiàm universo? Nihil certè, nisi ad voluntatem  
 Principis se cõformare & imperata facere. Omnia  
 enim hæc in arbitrio Principis posita sunt. Habe-  
 mus enim confessum, quantum ad jura Majesta-  
 tis, eaque, in quibus gubernatio Reipublicæ ver-  
 titur, summam potestatem esse penes Regem.  
 Quod si populi cõsensus in eo requireretur, aut is  
 hoc

reniti suo Regi Imperiumque detrectare posset: hoc ipso sane summam potestatem non solus Rex obtineret, atq; sic ne Majestate quidem personali splenderet, sed in ejus partem populus veniret.

Ex quibus Sole meridiano clarius evadit, salva sententia de duplici Majestate, stantibusque iis, quibus paulò ante nobis obstrepitum est, non minus adserendum esse, Majestatem realem subiectam esse personali, quàm hanc illi, licet in diversis juribus, aliisque atque aliis materiis. Imò multò magis illud asseverandum censemus, quoniam in omnibus civitatibus, in quibus unus ad gubernacula sedet, populus Majestati personæ ejus ad obtemperandum devinctus est, idque in omnibus negotiis, quæ in ratione regendæ Reipublicæ sive juribus Majestatis continentur, quorum quidem negotiorum pondere gravissimorum, genera numero plurima sunt. Contrà & multæ Reipublicæ esse possunt, & sunt nonnullæ, & olim fuerunt, in quibus eorum, quæ Majestati realiter adjudicantur, aut nihil in manu populi est, aut pars perquam exigua, quemadmodum mox ostendemus. Si enim vel maximè non prorsus explodenda esset Majestatis geminatio, præterque eam, quæ Regis est, alia insuper esset recipienda: illud tamen, quod ad omnes Rerumpublicarum formas, imò ad omnes Respublicas, Dominatum etiam, atq; ad ipsam Democratiam vel statum popularem, id extendant, prorsus intolerabile mihi vide-

videt  
antur,  
concu  
cum i  
cumbu  
conco  
non ex  
rum ap  
leat vi  
omniu

Ven  
murm  
videri  
vanita  
latini  
illato  
confu  
rio, R  
endo,  
rata ex  
rentur  
curiat  
do ve  
data g  
esse, d  
quæ a  
us est,  
ut neg  
nequ

videtur. In Democratia sanè quamvis ipsi fateantur, videri realem & personalem Majestatem concurrere; eas tamen ita distinguunt, quòd, cum in iis, quæ Majestati personali tractanda incumbunt, suffragiorum majoris populi partis concordia sufficiat; ea, quæ Majestatis realis sunt, non expediuntur plurimum ex populo, sed singulorum approbatione; quod lex fundamentalis valeat vi pacti & contractus, ad cujus abrogationem omnium consensus necessariò requiratur.

Verùm ut speciosa isthæc sint, & secundis ad murmurationibus non indigna multis fortassis videri possint; res ipsa tamen, & historica veritas vanitatis ea arguit. Cùm stuprò Lucretiæ Collatini gentilis uxorià Sexto Tarquinio per vim illato, Patritii Duce Lucio Junio Bruto Senatus consulta fecissent, de adimendo Tarquiniis imperio, Regeque cum tota progenie in exilium ejciendo, de instituenda item alia Reipublicæ forma; rata ea non erant, nisi calculis plebis confirmarentur. Et confirmatum est utrumque comitiis curiatis. Hoc negotium quùm fuerit de mutando veteri, & formando novo Reipublicæ statu: data gemina Majestate, ad realem referendum esse, & ad leges fundamentales spectare, ex iis, quæ antea prodita fuerunt, luce meridiana clarus est, neque quisquam tantâ vecordiâ esse potest, ut negare id audeat. At hæc voluerunt non vi pacti, neque singulorum confessione opus habuerunt.

sed per suffragia populi in Comitibus fuerunt perfecta. Et positò, omnium ad unum calculis approbata fuisse: nihil tamen firmitati & robori eorum detraxisset, si nonnulli ad sensum præbere renuissent. Quorum omnium testem loculentissimum, omnique exceptione majorem habemus Dionysium Halicarnassum *Libr. IV. antiquitat. Rom.*

Ex quibus elucet, quanti momenti sit, quod statuitur, leges, quas fundamentales vocant, non valere nisi vi pacti, omniumque & singulorum, postulare approbationem, ideoque in populi quoque imperio duplicis Majestatis vigere discrimen.

Sed provehamur ulterius, quandoquidem, vento tam secundo navicula hætenus nostra fuit usa, ut ubi scopuli videri poterant, scrupuli tantum fuerint; & ostendamus, nec quod illi, cum quibus jam nobis disceptatio intercedit, præcipue urgent, in ea quidem forma, cui (quod penes unum summa imperii sit) Monarchiæ nomen est inditum, distinctionem duplicis Majestatis locum habere.

Quid enim? Annon Regem nominare, sive, in certam personam Regni successionem aut gubernandi jura transferre, & quidem ita, ut vel cui visum fuerit filiorum, quamvis privilegio primogenituræ non gaudeat, aut loco dotis genero, immò etiam cuilibet peregrino, si id è re publica esse

esse vi  
de sent  
in pop  
aut qu  
nari po  
ex iis,  
ribus a  
& Imp

manu  
Da  
major  
ex ple  
pulo,  
haben

Qu  
maxi  
volui  
permi

In  
succe  
quide  
Justin

Di  
divis  
solat  
Max  
Aug  
tate  
rii an

esse videatur, ea tradas: Majestatis realis est, & de sententia eorum, qui Majestatem duplicant, in populo residet? Annon, si quocunque modo, aut quacunque de causa regnum dividi, aut alienari potest, id ejusdem Majestatis est? Ita sanè ex iis, quæ paulò ante ex adversa partis Scriptoribus attulimus, patet. Atqui in multis regnis & Imperiis hæc Regi & Imperatori fuerunt in manu.

David Salomonem omnibus filiis, etiam natu majoribus, in successione regni prætulit, eumque ex plenitudine potestatis Regem fecit, neque populo, neque ullo alio homine jus contradicendi habente.

Quid ejus filius Rehabeam? Præterito natu maximo filio, Abdiam successorem sibi & habere voluit, & habuit, idque nimio matris ejus amore permotus.

In Alexandri quoque Magni potestate fuit, successorem dare, isque de eo rogatus, ne filium quidem nominavit, sed dignissimum, ut tradunt Justinus & Curcius.

Diocletianus Augustus Imperium Romanum divisit, reservatoque sibi Oriente, potestatem absolutam in provincias ad Occidentem vergentes Maximiano, veteri sibi militiæ socio, tradidit, Augustumque illum pari secum honore & dignitate appellavit. Cumque exactis viginti Imperii annis illud ultro, & in audito exemplo, depos-

Xxx 5 suis,

fuiſſet, autorque Maximiano fuiſſet, ut idem ipſe eâdem animi æquitate faceret iſis Gulerium, cui priùs filiam nuptum dederat, ſicut Maximianus Conſtantium, cui privignam deſpondit, viros nulla ſibi ſanguinis propinquitatè conjunctos, ſucceſſores fecerunt, Auguſtiſque titulò decorârunt.

Antonius Pius confitebatur, ab uxore Fauſtina Imperium ſe recepſiſſe, cùm ſuadenti amico, ut improbam mulierem miſſam faceret, reſpondit: *quin ſi Uxorem dimittimus, etiam dotem, nimirum imperium, reddimus.* Quod totidem ferè verbis olim Burrus Neroni objecerat, cùm Octaviam Auguſtam primùm repudiaret: *dotem igitur, inquit, id eſt principatum, ei redde.*

Ludovicum Pium imperatorè provincias, quas hæreditate à Patre acceperat, filiis diviſiſſe, nemini non conſtat.

Ponamus autem omnes Principes, qui vel hæreditario jure regnant, vel electione ad imperiï faſtigium ſunt eveſti, legibus fundamentalibus eſſe adſtriſtos, neque poſſe in iis, quæ ad conſtitutionem Regni, aut ſtatum Reipublicæ referuntur, diſponere, ſed à nutu populi pendere: quid cenſendum de illo, qui armis regnum aliquod ſub imperium ſuū ditionemque ſubjugat, idque juſti belli juri obtinet? Omnem certè poteſtatem, quæ Regis, quem devicit, olim fuit; omnem quam tu populo, aut quibusvis aliis adſcribitis poteſtate, ſibi adquiret, nullique de ullò negotio, aliena-

ti.

tionem et  
modò h

Quar  
dament  
cti Aug  
imperâ  
ſtat, nec  
iſſe un  
ſi regna  
dieque  
pæo Or  
aut alie  
prorfuſ  
ſub Ma  
centior  
finita.  
eorum  
cipalib  
ut & fa  
non po  
bus pr  
nemin  
rere &

Qu  
imus  
regno  
demon  
do pat

tionem etiam regni, rationem reddere tenetur, modò non in consummatum abeat Tyrannum.

Quamquam sanè de nulla prorsus Lege fundamentali, de nulla populi potestate, cui suprà dicti Augusti, quique aut ante, aut longò tempore imperarunt, obnoxii & devincti fuerint, mihi constat, neque quemquam ullam monstrare, aut fuisse unquam, probare potuisse memini. Quod si regna aut principatus fuerunt, aut adhuc hodieque sunt, qualia omnia aut pleraque in Europæ Orbe reverà sunt, in quibus divisione regni, aut alienatione totius, aut etiam partium, Regi prorsus interdictum est, aut quæcunque alia, quæ sub Maiestate reali comprehendi non pauci recentiorum Politicorum dicunt, certis legibus definita, neque in arbitrio Principis sunt, id causam eorum prorsus nihil juvat. In hisce enim principalibus legum istarum custodia & observantia, ut & faciendarum aut rescindendarum potestas, non populo competit, sed Proceribus sive statibus principatûs. At ipsi maiestatem realem, nemini nisi populo tribuunt, eamque in coherere & defixam esse contendunt.

Quæ quidem, ut & alia, quæ hæcenus exposuimus Imperii Romani, multorumque aliorum regnorum & principatuum exemplis deducere & demonstrare possemus. Sed ne vestrà in audiendo patientiâ abutar, istæc in præsentis sufficiant.

D I X I.

VII.

MIXTIONE RE-  
RUM PUBLICARUM.

**M**edicum, AUDITORES, parùm feliciter  
facere Medicinam, & neq; convenien-  
tibus & efficacibus remediis perditã sa-  
nitatẽ restituere, neque restitutam con-  
servare & tueri posse, nisi accuratã corporis hu-  
mani cognitione sit instructus, quæ cujusque par-  
tis natura sit, & constitutio, cum quibus conne-  
ctatur illa membris, quæ in ipsam ferantur venæ,  
arteriæ, nervi, quæ ejus sint munia & functiones,  
exactissimè sciat, nemo est, qui ignoret. Testa-  
tur id summus Philosophus, dum *Lad Nicomach*,  
scribit, eum, qui oculos & totum corpus curaturus  
sit, oculorum totiusque corporis naturam perspe-  
ctam habeat, necesse esse, indeque τῶν ἰατρῶν τὰς  
χαρῆντας multum studii atque operæ in cognitione  
corporis ponere. Pari ratione eum, qui Politici  
nomen jure & cum laude sustinere, Republicæ  
rectè consulere, ipsius salutem succurrere, pericula  
avertere, & ut cives quietam beatamque vitam a-  
gant, efficere cogitat, cujusque regni & Reipub-  
licæ, in qua vivit, quamve sibi, tanquàm βεβλη-  
Φόρω

Φόρω ἀ-  
tionis  
mnem

Quã  
inde fec-  
dici im-  
privati  
de statu  
in mini-  
cãm pe-  
jiciet.  
plicar  
bem, a  
seryltu  
factis a  
exuet.  
nobilit  
crimin

Ard  
moriã  
clissim  
ca, ju-  
gistrat  
Scienti  
quam  
unicã  
missim  
beat, h  
Hic sic

*Ὁπόω ἀνδρῶν* concreditam habet, status & conditionis per omnia gnarum esse debere, extra omnem controversiam est.

Quâ quidem in parte eò peccatur gravius, quo inde seculum damnum pluribus fraudi est. Medici imperitioris delictum unius atque alterius privati hominis exitio ferè terminatur. At si, cui de statu civitatis consulto respondendum est, vel in minimo cespitet, facile universam Rempubli-  
**E**cam pessundabit, & in extremam perniciem con-  
 jiciet. Principi si plus justo adscripserit, & in amplifi-  
 canda ejus potestate modum excefferit, ple-  
 bem, aut Optimates etiam ad extremam rediget  
 servitutem, & libertate, scepè sudore, sanguine,  
 factis acquisitâ & custoditâ, eos horâ momento  
 exuet. Plebi si addictior est, eam in Regem vel  
 nobilitatem animat, & detestando perduellionis  
 crimine implicat.

Ardua & periculosa avorum nostrorum me-  
 moriâ agitabatur controversia, superque eâ do-  
 ctissimorum quorumcunque exquirebantur judi-  
 ca, *juve esset & fas, subditos pro aris contra Ma-  
 gistratum pugnare?* Hoc est, *An, si Princeps con-  
 scientiis vim inferre velit, & subditos eâ religione,  
 quam Sacris literis consentaneam esse, & per quam  
 unacè sese ad salutem aeternam perdenire posse, fir-  
 missimè sibi persuasum habent, Deum colere prohi-  
 beat, his armatâ manu sese defendere licitum sit?*

Hic fieri non potest, quin gravissimè labatur.,  
 erro-

erroreque & se & alios mergat periculosissimò, qui statum Reipublicæ non ad unguem edoctus est, & novit, quousque Principis sese extendat, imperium & quantum ipsi Ordines regni sint, obligati?

Cæterùm cum duobus Capitibus absolvantur ea, quæ ad certum de qualibet Reipublica formandum iudicium requiruntur, quorum unum generalem continet doctrinã de essentia & rã Reipublicæ: quornam, & quæ ejus sint formæ? & in quibus consistant? & quomodo una ab altera discernatur? Alterum leges sunt & jura, quibus tanquàm fulcris status quilibet innititur: qualia quidem apud nos sunt Bulla, quam vocant, aurea, constitutiones Imperii, & articuli illi, in quos electus Imperator jurare tenetur. Ego, cum in solenni hoc congressu, pro veteri more & consuetudine, de re aliqua scitu dignâ & utili, verba mihi facienda sint, constitui partem aliquam prioris Capituli in manum capere, deque eâ in præfenti disputare.

Illud est de SPECIEBUS RERUM PUBLICARUM: *An omnes omnino simplices sint, & alterius societatem altera planè respuat? An verò dua vel plures misceri, & in unam coalescere possint? Et, si possint, in quò mixtionis illius ratio & natura vertatur? Quâ in quæstione ex ipsis fundamentis; & analogiã mixtionis physicæ breviter explicandâ dum occupor, à Vobis, Auditores omnium Or-*  
dis

*dinum Splendidissimi & Optimi*, maximò contendo opere, ut per quartam horæ partem balbutienti vacuas aures commodare, tenuitatemque meam favore & benevolentia vestrà sublevare dignemini.

Altiùs igitur ut ordiamur, & à capite rem repetamus: apud omnes, non doctos solum, sed lippos etiam & tonsores certum & indubitarum est, ad constitutione Reipublicæ requiri multitudinem quantam & cœtum hominum, inter quos sit, cui imperium & iubendi potestas competat; sint, quos iussa capessere, & dicto audientes esse oporteat. Quemadmodum verò plura membra, quamvis accuratissimè, summaque industria concinnata & disposita, integrum corpus non sunt, nisi uni capiti subiecta diffusos ab eo spiritus & vim motricem accipiant: Ita nisi ad res imperfectissimas Rempublicam abjicere velimus, potestatem in ea summam, omnibus legibus solutam nullâque vi coercitam, à qua omnia jura fluant, in cujus nutu omnes acquiescant, statuere necesse est.

In causis dari aliquam primam, cui omnes aliæ acceptum referant, quod causæ sint, ipsa verò à nulla alia quidquam accipiat, Philosophi docent propterea, quod aliàs vel in infinitum detur progressus, vel nulla planè causa sit. Pari ratione in omni Republica summa quædam potestas concedenda est, aut fatendum, infinitas & numero comprehendi nescias in ea vigere potestates, aut

omniò

Est enim *Monarchia*, quando *unus*; *Dei* *regna*, quando *Senatus & Viri* *gratiosi*; *Democratia*, quando *universus populus* imperat, & plenum omnium rerum arbitrium habet.

Hisc de formis olim quaesitum fuit, & adhuc hodieque quaeritur, an *misceri*, & *congruere* possint, ut *unus* inde & ab illis *diversus* oriatur *status*? in quo itent *mixtio* illa *consistat*?

Universa propè antiquitas *mixtam* *Republicam* agnovit, possemusque nos eam assertionem verbis & testimoniis *Herodoti*, *Platonis*, *Aristotelis*, *Polibii*, *Dionysii Halicarnasæi*, *Justini*, & aliorum confirmare, nisi ratione, quam auctoritatibus pugnare, potius esse duceremus. Recentiores *Scriptores*, qui eam opinionem à *Veteribus* ad nostrum seculum transmissam receperant, adducere si liberet, futurum esset, ut tempus *Orationis* meae praestitutum bonam partem eorum enumeratione consumeretur.

Quanta quanta verò eorū multitudo est, quos sententia ista habet subscriptores, paucissimi certe sunt, qui aut satis intelligant, in quo natura mixtionis constituta sit, aut id clarè & perspicuè aliis exponant.

Aliud *Republica* est, aliud *via & modus administrandi Republicam*. Fit, ut *status* sit *regalis & Monarchicus*; & nihilominus *modus gubernandi* sit *Aristocraticus*. Testatur id de regimine à *Romulo* instituto *Dionysii Halicarnasæus*. *Re-*

*mul-*  
*oris*  
*minib-*  
*esset,*  
*Magis*  
*blicam*  
*obirent*  
*tionem*  
*gubern-*  
*factum*  
*sentim-*  
*cratiam*  
*riò,* *pa-*  
*gubern-*  
*jorem*  
*Ephor-*  
*testatu-*  
*rum,* *i-*  
*ex eo*  
*gnum*  
Atq  
public  
jungit  
consti  
probis  
blicam  
statu p  
tur, ex  
adseru

mulus (inquit Lib. II.) postquam segregavit potioris conditionis homines, à deterioris fortuna hominibus, leges tulit, & quid quibusque faciendum esset, præscripsit: ut Patritii sacra curarent, & Magistratus gererent, & jus dicerent, & Rempublicam administrarent, & urbana munia assidue obirent; plebeji verò agros colerent, &c. Pari ratione forma Reipublicæ popularis esse potest, ut gubernatio penes paucos sit: quemadmodum, factum fuit Romæ, cum creatis Tribunis plebis sensim quidem Respublica in perfectam Democratiam degeneravit, paucorum tamen ministeriò, partim Patriciorum, partim plebejorum; fuit gubernata. Idem in Republica Laconica, quæ majorem partem Democratica fuit, usu venit. Per Ephoros enim omnia ferè expediebantur; quod testatur Xenophon de Republica Lacedæmoniorum, indeque Aristoteles II. Politic. Ephoriam, ex eo reprehendit, quòd sit imperium valdè magnum, & penè Tyrannicum.

Atq; in hoc ipso jam, quòd forma unius Reipublicæ cum modo administrandi alterius conjungitur, sunt, qui mixtionem Rerumpublicarum constituunt. Si enim in regno gubernatio viris probis & virtutis spectatæ sit commissa, Rempublicam ex statu Regali & Aristocratiâ; si verò in statu populari negotia publica à paucis tractentur, ex Aristocratiâ & Democratia mixtam esse, adserunt.

Horum in numero non infimum locum occupat Keckermannus, *Lib. II. Systematis sui Politici* Bodinum reprehendens, eique grandem inconstantia & contradictionis dicam impingens, quod *Lib. II. de Republica Cap. I.* prolixè contendat, *omnem Republicanam simplicem esse, neg ullam dari posse mixtam*; idem nihilominus *ibid. Cap. II.* scribere non erubescat, *feri posse, ut status Republica sit regalis vel popularis, qui tamen Aristocraticè administratur.* Atqui hoc ipsum scribit Keckermannus, *est, quod volumus, nempe, posse inter se temperari simplices illas Rerumpublicarum formas.*

Verùm puerilem planè & homine Philosophò indignum cum aliis errat errorem Keckermannus, & dum censoriâ Bodinum notat virgulâ, in gravem incidit reprehensionem, & suò se ipsius jugulat gladiò. Quid enim? Annon ipse mixtam Republicanâ describit per *temperamentum plurium, earumque simplicium Republica formarum?* Quod quidem rectissimè scribit. Quemadmodum enim corpus mixtum non est, quod ex congressu pluriù corporum ortum non est: Ita nec Respublica mixta vocari potest, nisi quæ ex temperamento plurium constituta fuerit. Modus administrandi non facit Republicanam. Ad constitutionem enim Republicæ summam requiri potestatem, ex iis, quæ ante allata fuerunt, abundè constat. Quod enim linea sine longitudine,



ram perire. Si primum accidere dicatur, jam non habebis unam mixtam Rempublicam, sed duas simplices discretas. Non secundum; nec tertium: quoniam id, quod non est, nec cum eo, quod est, nec cum alio, quod & ipsum non est, miseri & coalescere potest.

Atque hic ipse lapis est, ad quem olim ex antiquitate quidam offendentes, mixtionem corporum naturalium è medio tollebant, quemadmodum videre est apud Philosophum loco modo citato.

At scrupulus est, non scopolus, neque ullum inde cymba nostræ metuendum naufragium, cū ὅτις ὅτις ὅτις discrete ὅτις, sicut Veteres loquebantur, non sit. De est enim disjunctioni quarum membrum, nempe: in Mixtione neque omnia pura integra & inviolata manent, neque omnia penitus intereunt, nec, quedam manent, quedam intereunt, sed omnia & singula partim manent, partim intereunt, quod loco citato verbis expressis Philosophus docet.

Ex hoc ipso jam Sole meridiano clarius est, in quo ratio & natura mixtionis Rerum publicarum collocata sit. Mixtio corporum est, cum plura & diversa corpora simplicia ita coalescent, ut in eo partim sint, partim non sint. Etgò & Rerum publicarum mixtio est, quando dua vel plures diversarum formarum Respublica in unam coeunt ita, ut partim in ea sint, partim non sint. Par enim utrobique ratio est. Quod

Quod si quæras, *quæ fieri possit, ut in una Republica diversæ ejus forme partim sint, partim non sint?* in promptu responsio est. Cum enim natura Reipublicæ maxumam partem in majestative summo Imperio consistat; & verò Majestas sit quid compositum ex pluribus juribus: Si jura illa dividantur, & in diversos hominum ordines distribuantur; cui illorum aliqua propria fuerint, aliqua non fuerint, penes illum Majestas, atque sic ipsa Respublica ex parte erit, ex parte non erit, orieturque inde specierum Reipublicæ mixtio; quæ quidem non uniusmodi est, sed pro diversitate formarum, quæ inter se complicantur variè evadit. Unde si nonnullis Majestatis juribus *unus* gaudet, aliis *Senatus & Viri Illustres*, Monarchia partim erit partim non erit, efflorescetq; Respublica ex duabus hisce formis mixta. Si illerum jurium aliqua *Optimates* sibi reservaverint, aliis *cum plebe* communicatis, emerget status, ex Aristocratia & Democratia mixtus. Si non nihil de summa Imperii *Rex* obtineat reliqua potestate apud *plebem vel populum* residente, facies Reipublicæ oritur ex Monarchia & democratia conlata. Quemadmodum etiam ex omnibus tribus formis inter sese coëuntibus temperamentum fieri, nullum potest esse dubium.

Quamquam autem certi quid hîc definiri nequit, commodissimè tamen hoc vel simili modo mixto institui possit, ut penes Reges maneat,

ius belli & pacis, tributa imperandi, monetam  
 cudendi, & premia distribuendi; Senatus occu-  
 petur in iudiciis, & à Magistratibus accipiat pro-  
 vocaciones, mores legibus reformet, & jus vita  
 necisque habeat; Populus verò arario praeſta-  
 tur, & Magistratum creatione gaudeat. Singu-  
 li de rebus & officiis ſibi commiſſis leges condant,  
 in quas ſubditi jurent fidelitatem. Quantum id  
 leges, quæ rationem & incolumitatem totius ſta-  
 tus concernunt, quas *fundamentales* Politici vo-  
 cant, eas non ferat altera pars ſeorſim, ſed omnes  
 partes conjunctim, ex mutua conventionè & con-  
 tractu, quâ de cauſâ etiam *paſſionate & conven-  
 tionales* à quibusdam appellari conſueverunt.  
 Hòc vel ſimili modò mixtiò ſi inſtituatur, ſiſe  
 non impediunt Rerum publicarum formæ, nec  
 exitium una alteri molletur. (quod ſine cauſa  
 meruit Bodinus, confiſſâ ſolidiſſimâ, & contra-  
 dictionis gladiò ſeiſpſam perimente mixtione) ſed  
 potius, quod pro palmario Plato habet, mutuo  
 metu in officio ſe invicem continebunt.

Còterùm ſicut in rerum natura conſtantium  
 univerſitate, multiplici varietate elementa inter  
 ſeſe temperantur; dum nunc accuratior & ſubti-  
 lior fit mixtiò, nunc craſſior & rudior, & modò  
 terra, modò aliud elementum aliis dominatur:  
 Ita nec Rerum publicarum mixtiò uniformis eſt,  
 ſed magnas diſſimilitudines involvit, indeque  
 Ideam quandam cum ſaltem ob finem propone-  
 re-

re viſi  
 wſi r  
 rerum  
 dendu  
 me con  
 atur; ſ  
 cas, &  
 ètiii, q  
 Illud pr  
 hujusm  
 in reru  
 ſubject  
 Huc qu  
 peram,  
 blicam  
 Platon  
 preher  
 optima  
 tuiſſen  
 rebus  
 nes in a  
 rum ve

Intu  
 tum, q  
 lerio P  
 it, quò  
 ſacrum  
 ante c  
 paucio  
 videat

re visum fuit, quò Bodino & aliis Recentioribus  
*ubi res aduérte satisfiēt.* Nunc testimoniis ex  
 rerum veritate petitis, & vivis documentis osten-  
 dendum, non fieri saltim posse, ut diverse for-  
 me congregiantur, & ex iis una composita constitu-  
 atur; sed & reverà reperiri hujusmodi Respubli-  
 cas, & olim fuisse reperiās, habità ratione illius Bo-  
 cii, quando *Lib. III. Consolat. Philosoph.* ait:  
*Illud primum arbitror inquirendum, an aliquod*  
*hujusmodi bonum, quale paulò ante definitum est,*  
*in rerum naturà possit existere, ne nos præter rei*  
*subjectæ veritatem cassâ cognitionis imago decipiat*  
 Huc quippe referendam esse omnem Politici o-  
 peram, monet Aristoteles *IV. Politic.* ne Rempu-  
 blicam in aère fingamus, aut ad Ideas, in quibus  
 Platonem suam civitatem condidisse narrat & re-  
 prendit Polybius, subvolemus, sed ut Solon  
 optimas se tulisse leges dicebat, quas accipere po-  
 tuissent mores Atheniensium, ita cogitata nostra  
 rebus metiamur, & si quid dubii contemplatio-  
 nes in animis hominum reliquerint, id exemplo-  
 rum veritate tollatur.

Intuemini ergò mecum, AUDITORES, eum sta-  
 tum, quem Respublica Romana post leges à Va-  
 leriò Publicola latas ad id usque temporis habu-  
 it, quò, Siciniò quòdam auctore, in montem  
 sacrum secessio plebis facta est? Quò exemplo  
 ante omnia uti libet, quòd hìc res certior, &  
 paucioribus dubiis & controversiis exposita esse  
 videatur.

Y y s

Exa-

*Exactis Regibus universa Majestatis jura à Consulibus usurpata, atque sic summam rerum in manu Patrum sive Optimatum fuisse, apud omnes constat, docetque id verbis manifestissimis Livius, quando Lib. II. scribit, libertatis originem, inde magis, quia annum imperium consulare factum est, quam quod diminutum quidquam sit ex regia potestate, numeres. Omnia jura, omnia insignia primi Consules tenuere. Innuit idem Canulejus apud eundem Lib. IV. Consules in locum Regum successisse dicens. Et aperte Dionys. Halicarnassus: Constituta à Optimatum statu, inquit, Consules Regiam potestatem susceperunt. Postquam autem Valerius, quod Collegam in locum Brutii, in duello adversus Tarquinium è vivis morte gloriosissimam sublatis, non subrogaret, sed solus fascibus decoratus incederet, summa in super folia ædificaret, (ut sunt mutabiles vulgi animi) ex favore in offensionem plebis incidit, & opinione affectati regni laborare cœpit, ut omnem à se suspicionem amoveret, & indubitata libertatis suæ pignora plebis haberet, non tantum Collegam sibi adscivit, & omni translata materiâ in infimo clivo domum extruxit, sed & magnam partem Imperii populo subjecit, quando duo insignia Majestatis jura ipsi attribuit. Duas enim tulit leges: quarum una (quemadmodum Lib. XV. Dionys. Halicarnassus testatur) disertè cavet, ne quis Romæ Magistratus gereret, quem à populo non accepisset, capit.*

pitati s  
 & propo  
 altera v  
 gistratu  
 dere, ve  
 mini ac  
 Magist  
 ullò mo  
 rer. H  
 ob as a  
 cessisset  
 men da  
 sedition  
 trahere  
 fidem in  
 lis non  
 consilio  
 clamor  
 Qua  
 Magist  
 perium  
 partem  
 tamen  
 alia eju  
 nec po  
 venire  
 tuum,  
 su, cun  
 fœderi

pitati statuit a poena in eum, qui contra haec fecisset. & proposita impunitate ei, qui ipsum occidisset. In altera verò scriptum fuit: Si quis Romanus Magistratus aliquem vel capite plerere, vel virgis cedere, vel pecuniis multare velit, licere privato homini ad populi iudicium provocare, nec interea Magistratui concessum esse, in eum animadvertere ullò modo, donec populus de eo suis suffragiis statueret. Hinc cum postmodum orca propter nexos ob æs alienum seditione, timor belli Sabini incessisset, decretoque, defectu Consuli nemo nomen daret, Appius Claudius arripit unum insignem seditionum ducem iussit. Qui cum à lictore jam traheretur, ad Populum provocavit, & Quiritum fidem imploravit. Quò factò pertinacia Consulis non ausa fuit jus suum prosequi, victa tam consilio & auctoritate Principum, quàm Populi clamore.

Quamvis autem concessis Populo creatione Magistratum & ultima provocatione, quin imperium Consulare & auctoritas Senatus bonam partem pessum iverit, nullum sit dubium; non tamen omni Majestate exciderunt, sed pleraque alia ejus jura adhuc illibata retinuerunt, adeò, ut nec populus ad creationem Magistratum convenire, nisi auspiciis & jussu curulium Magistratum, nec de ulla re statuere potuerit, nisi in casu, cum scilicet provocatum esset. De bello & foederibus certè semper ad Senatum, nunquam

ad

ad Populum relatam est, adeò, ut cum Latini Volscorum Hernicorumque defectionem Romanis denunciaſſent, relatâ re ad Senatum, captivorum sex millia Latinis Patres remiserint, & de fœdere rem ad novos Magistratus rejecerint, nullâ plebis ratione habitâ.

Atque hæc quidem ex Dionys. Halicarnassæo & Livio, auctoribus gravissimis, adducta qui consideraverit, eaque cum iis, quæ paulò ante de natura mixtionis in medium attulimus, comparârit, nec deprehenderit tamen, Statum Reipublicæ Romanæ post leges Valerii in favorem & auxilium plebis latas, mixtum fuisse ex Aristocratia & Democratia, eum in media luce cœcutire necesse est. Tum temporis enim in ista Republica Aristocratia ex parte fuit, propterea, quod Patres potestatem gerendi bellum, transigendi cum hostibus, fœdera pangendi, aliaque summa jura salva & illibata retinuerint; partim non fuit, quod nec Magistratus mandare, nec civem in vincula abducere, aut multâ multare, pro suo arbitrio potuerit, propter jus provocationis plebi concessum Quod quia Populus unâ cum potestate creandorum Magistratum donò à Valerio Publicola acceptum obtinuit, aliorum autem Majestatis juri-um particeps non fuit, ideò & Democratia partim ibi fuit, partim non fuit.

Constitueram, *Auditores eminentissimi Exoptatissimi, Rempublicam Laconicam, & Imperium*

D  
rium n  
ctu vest  
ptimatu  
scripto  
judicare  
tempera  
in audie  
gantiq  
tò & dat  
Quod si  
nus, Gr  
Timple  
ænus  
crimine  
tum vet  
re non e  
alterius  
diversa

rium nostrum Germanicum quoque in conspectu vestro collocare, & illam quidem ex statu Optimatum & plebejo, hoc autem, si de eo ex præscripto Legum & Constitutionum publicarum, judicare fas est, ex Monarchia & Aristocratia temperatis coaluisse, ostendere. Sed ne vestra in audiendo patientia abuti, & incondita inelegantique mea Oratione molestias Vobis consulto & datâ operâ creare velle videar, hîc subsisto. Quod si quæ supersunt argumenta, quibus Bodinus, Gregorius Tholosanus, Junius, Heconius Timplerus, & alii induci, propositam à me hæcenus & firmisimè demonstratam sententiam crimine vanitatis arcessere, & tanquàm figmentum vetustatis, & placitum Recentiorum damnare non erubescunt, quæque forsân unius atque alterius Auditorum animos adhuc differunt, & diversas in partes rapiunt, ea proxima quaque occasione examinabo, stipulasque & paleas esse ostendam.

D I X I.

IIX.

## ORATIO,

eaque POSTERIOR

DE

MIXTIONE RERUM-  
PUBLICARUM.

**T**Ria inprimis, AUDITORES, rerum, si eas ad intellectum nostrum referre, indeque aliquam earum diversitatem petere, velimus, esse genera reperiemus. Nonnulla à conspectu ejus tam remota sunt, aciemque ejus ita effugiunt, ut nulla per naturam detur via, quâ ad cognitionem eorum adspirare liceat. Et hujus quidem classis sunt non tantùm summa illa religionis nostræ & pietatis mysteria, quæ nemo principum hujus seculi cognovit, quæ ab infinitis æternitatis temporibus fuerunt abscondita, & adhuc hodieque essent, nisi DEO per suum verbum ea nobis revelare placuisset, quæ si ratione, tua perscrutari & investigare postules, nihilo plus agas, quam si des operam, ut cum ratione insanias; sed & multa, quæ ipsa natura ambitu suo complectitur, veluti, si quis tam ineptè curiosus sit, ut quærere non dubitet de numero stellarum, parne ille sit, an impar, ne vestigium quidem alicujus argumenti ullibi inveniet, quod vel minimâ probabilitatis specie ad alterutram con-

tradi-

tradi-  
leat, qu-  
res per  
teneat.  
le&um  
nò figat  
certa &  
in duo  
nim fin  
& subse  
su vera  
totius,  
potest r  
libet su  
proprii  
quam P  
strantur  
dubitati  
rum ven  
huc atq  
tū gen  
partē ex  
autē & i  
sit, nequ  
piis sit a  
momen  
gotii fac  
horum t  
possit,

traditionis patrem animum ejus inflectere valeat, quamvis per omnem vitam, noctes atq; dies, res per se inanis & nullius usus, sollicitum ipsum, teneat. Sunt deinde alia, quæ evidentiâ suâ intellectum ita capiunt & determinant, ut in iis omnino figat pedem, iis acquiescat, & omnibus modis certa & necessaria esse sciat. Quæ & ipsa rursus in duo capita possunt describi. Quibusdam enim simul atque apprehensa fuerint, assentimur & subscribimus, eò, quod nullò expectatò discursu vera esse novimus: quemadmodum qui quid totius, quid partis nomine veniat, intelligit, non potest non eò ipso intelligere, omne totum quâlibet suâ parte esse majus; quædam ex immotis & propriis principiis deducuntur, & per causam, quam Philosophus *propter quam* vocat, demonstrantur. Nullus hic locus opinioni est, nullus dubitationi. Nulli hic contrariorum argumentorum venti, quæ fluctuantis animi judicium nunc huc atq; illuc dividant & in diversa rapiant. Tertium genus ea comprehendit, de quibus in utramque partem ex probabilibus disputari potest. Quamvis autem & in hisce intellectus noster non raro certus sit, neque dubitet, quin veritatem ex veris principiis sit affecurus; adversantium tamen rationum momenta sæpè non parum difficultatis ipsi & negotii faceffunt. Hinc fit, ut plenam & perfectam horum talium cognitionem arrogare sibi nemo possit, nisi & eam, quam pro vera venditat, sen-

M-

um, si  
inde-  
tere.  
Non-  
mque  
r via,  
Ec  
a illa  
nemo  
nfini-  
ta, &  
a ver-  
one,  
plus  
infa-  
mbi-  
è cu-  
stel-  
qui-  
d vel  
con-  
adi-

sententiam, idoneis & concessis probationibus stabiliverit, & argumentorum, quibus pro contrariâ pugnetur, vim profligaverit.

Istorum ad numerum etiam illa pertinet quaestio, de qua superiori tempore ex hac ipsa cathedra verba feci, nempe de formis Rerumpublicarum, *simplices ne omnes omnino sint, & alterius societatem altera planè respuat? An verò, duae vel plures misceri, & in unam coalescere possint?* Cumque tum affirmativam eâ, qua fieri potuit, perspicuitate explicaverim, rationibusque & exemplis demonstrarim, constitui tela, quæ, quibus diversum sentire placet, contra demonstratam veritatem contorquere solent, experiri, & ostendere, plumbea, vel potius plumbea ea esse, neque iis qui confidit, gloriari posse, quod apud Homerum Hector,

*καὶ ἐμὸν βέλτερόν ἐστι πάρος γε.*

Cum autem paucissimis id facere decreverim, ipso hoc brevitatis studio favorem vestrum *Auditores omnium ordinum splendidissimi*, & in audiendo benevolentiam impetraturum me spero.

✕ Eorum igitur, in quibus causa suæ momentum collocant illi, qui mixtionem Rerumpublicarum tanquam figmentum vetustatis, & placitum Recentiorum explodere conantur, non immeritò primum constituimus id, quod ajunt, *ad omnem mixtionem ad minimum requiri duas, quæ inter se cœsant, cum fieri non possit, ut sibi ipsi aliquid miscantur*

D  
scentur  
mixta  
re, &  
terire  
obus p  
quoni  
cum at  
scere p  
non ha  
simplic  
At  
lim ex  
lium c  
superi  
apud  
Sed  
res loc  
tum in  
integr  
inter  
persun  
partim  
in con  
mis d  
Qu  
public  
non sin  
ostent

fecatur; si ergo datur Respublica ex duabꝫ formis mixta; necesse est, inquit, aut utramque manere, & mixtioni superstitem esse; aut utramque interire; aut unam manere, alteram interire. Ex duobus posterioribus modis id non accidere patet, quoniam id, quod non est, nec cum eo, quod est, nec cum alio, quod & ipsum non est, misceri & coalescere potest. Si primum contingere dicas, jam non habes unam mixtam Rempubicam, sed duas simplices discretas.

Atque hunc ipsum lapidem esse, ad quem olim ex antiquitate quidam offendentes, naturalium corporum mixtionem è medio sustulerunt; superiori Oratiuncula diximus, idque videre est apud Philosophum *I. de ortu & interitu Cap. X.*

Sed nihil inde imminet periculi, cum rō dicitur, γὰρ οὐκ ἔστιν ἕνωσις τῶν ἄλλοις ὡς τῶν ἑαυτῶν, sicut Veteres loquebantur. Deest enim disjunctioni quartum membrum: In mixtione neque omnia mixta integra & illesa manent; neque omnia penitus intereunt; neque quaedam omnino manent & supersunt, quaedam intereunt; sed omnia & singula partim manent & in eo sunt, partim intereunt, & in eo non sunt, quod loco citato verbis expressissimis docet Aristoteles.

Quā ratione autem fieri possit, ut in una Republica plures simplices status partim sint, partim non sint, id quoque supra luculentissime fuit ostensum. Nimirum, cum natura Reipublicæ in-

mo imperio seu majestate, quæ nihil aliud est, quàm concursus & coæservatio quædam omnium regaliū seu juriū, quæ *Majestatis* vocant, consistat, ab eaq; non quidem in se & seorsim considerat, (hòc enim modò uniformis illa est, & nulli varietati obnoxia) sed ratione illorum, qui eam obtinent, diversæ species & formæ Rerum publicarum desumantur, sitque adeò Monarchia, quando *unus*; Aristocratia, quando *Senatus & viri gloriosi*; Democratia, quam Philosophus Republicanam, voce generis ad speciem translata, nominat, quando *universus populus* imperat. Majestatemque & plenum omnium rerum arbitrium habet: si in civitate unus nonnullis Majestatis juribus gaudeat, reliquis apud optimates residentibus, tum status Regalis ex parte erit, ex parte non erit, Aristocraticus item ex parte erit, ex parte non erit: quemadmodum in Republica Romana, post leges à Valerio latas, ad id usque temporis, quò plebs, Siciniò quòdam autore, in sacrum montem secessit, Aristocratia partim fuit propterea, quòd Patres potestatem gerendi bellum, transigendi cum hostibus, fœdera pangendi, aliaque summa jura salva & inviolata retinuerint; partim non fuit, quod nec magistratus mandare, nec civem in vincula abducere, aut multà multare invitò plebe potuerint, propter jò provocationis ipsi concessum. Quod quia populus, unàm cum potestate creandorum magistratuum, dono à Valerio accepta,

cepta  
um pa  
partim  
fufius  
da fue

Atq;  
fregim  
ita hab  
obtime  
eniam  
avndi  
opposit  
la, ne  
stabul

Sec  
eptias  
fira, si  
ire po  
tia,  
Quan  
id vul  
contr  
ration  
minu  
contr  
quer  
& in  
fente  
script

ceptâ, obtinuit, aliorum autem majestatis, juri-  
um particeps non fuit, ideoque & Democratia  
partim ibi fuit, partim non fuit. Quæ & ipsa,  
fufius supra deducta, hîc autem paucis repeten-  
da fuerunt.

Atque sic primùm Neotericorum insultum  
fregimus. Paremus nunc nos ad alterum, quod  
ita habet: *Species Rerumpublicarum contrarias  
obtinent naturas, & adversis pugnant signis. Est  
enim de ratione specierum unius generis, esse  
distinguenévas. At quæcunque contraria sive  
opposita sunt, illa se invicem excludunt, neque ul-  
la, ne divina quidem vis, facere potest, ut in unô  
stabulentur subjecto.*

Sed ô miserabiles palæstritas ! ô pueriles in-  
eptias ! Contraria integra vel in altiori gradu po-  
sita, sibi invicem adversari, neque societatem in-  
ire posse, tum constans eruditorum est senten-  
tia, tum perpetuâ comprobatur experientîâ,  
Quamquàm, quod ad divinam quoque virtutem  
id vulgo extendunt, in eo nō paucos sibi habent  
contradicentes. Disputat enim Petrus de Palude  
rationib9 nō improbabilib9, nihil impedire, quò  
minus *Deus absolutâ suâ & infinitâ potentiâ duo  
contraria etiâ ad summum vigore provelcta, eum-  
que retinentia, ad concordiam quandam redigere,  
& in unare conjungere possit.* Cujus quidem suæ  
sententiæ ex Recentioribus multos habet sub-  
scriptores & approbarores. Si corpus locum

quendam occuparit, nullum aliud simul natura-  
liter admittitur; divinâ tamen virtute nihil pro-  
hibet, duo corpora in eodem consistere locò.  
Nunquid ergò sic divinam potentiam tam angu-  
stis circumscribamus terminis, ut negemus, duo  
opposita per eam in eodem subjecto constitui  
posse? Illud profectò, contraria nimirum, si re-  
missa & graduum quorundam detractione dimi-  
nuta fuerint, in eodem subjecto convenire eo-  
rumque inimicitias dissolvi, & in amicitiam con-  
verti, etiam illi nòrunt, qui *nondum erè lavantur*,  
idque negare tam absurdum est, & ab omni sensu  
alienum, quàm negare aquam tepidam, aut calo-  
rem fuscum esse posse. Atqui nos, quando du-  
as vel plures simplices Rerum publicarum formas  
misceri & in unam coalescere asserimus, non  
integras eas & illibatas servari, sed quasi refrin-  
gi, atque ex parte destrui, dicimus, cum nul-  
la earum in mixtione omnia majestatis jura reti-  
neat, sed semper aliquorum jacturam faciat.

Sed experiamur, cujusmodi illud sit, quod pro-  
palmatio habent, & in quo robur cause suæ po-  
nunt. *Majestas*, inquit, *est quid individuum.*  
Ergò unò & eodem tempore neque unì & paucis,  
neque unì & omnibus, nec paucis & omnibus, ne-  
que unì, paucis & omnibus simul potest attribui, &  
per consequens nec status Rerum publicarum pos-  
sunt misceri.

Nihil profectò tritius est, nihil usitatius  
quàm *majestatem seu summum imperium esse dè-*

*dicat.*

*διαιρετον*, seu *individuum*. At quisquis id ἀπλῶς & sine ulla coarctatione accipit, is eò ipso testatum facit, se ignorare, in quo natura Majestatis collocata sit. Majestas totum quoddam est, diversa jura, tanquam partes, in sese continens. Ergò hòc ipso capax est divisionis in plura & diversa jura. Esse enim totum, & non recipere divisionem in eas partes, ex quibus constat, manifestissimam implicat contradictionem.

*Ergòne, ais, tu ꝑ Civis, qui jura majestatis individua esse asserunt, dicam scribis, & sexagenarios de ponte desicis.*

Sed scias, velim, & me statuerè, *Majestatem esse certo modo individua*m. Si Majestatem seu absolutum imperium *mensuram quandam esse*, dixero, nihil, quòd à dignitate & excellentiâ ipsius alienum sit, ipsi tribuero. Majestas enim est prima inter potestates Reipublicæ, à nullo siquidem dependet: reliquæ autem potestates omnes, quas in Republica reperire est, ab ea dependent. & quod potestates sunt, acceptum ipsi referunt. At quod primum est in unoquoque genere, id mensuram reliquorum esse, circa *cap. II. Lib. X. Metaph.* Interpretes docent. Et quis majestati *mensuræ* appellationem denegaverit? *Mensura est id, quo quantitatem alius cognoscimus*, sicut expressis verbis *loca citato* scribit Aristoteles. Cognosci autem quantitatem & magnitudinem omnium potestatum & impe-

riorum in civitate per accessum ad majestatem, & recessum ab eadem, omnium est certissimum. Eò enim quodlibet imperium majus & dignius est, quò propiùs à summo abest. Porro *omnem mensuram esse individuan*, idem Aristoteles *ibidem* docet.

*Quid audio, inquis, annon pes & uncia mensurarum genera sunt? Ille nihilominus in duabus semper pedes, in digitos, hec in semiuncias, duellas, sicilicas, sextulas, drachmas, dispescit ut.*

Atqui hoc ipsum volui, quando paulò ante & dixi & probavi, *Majestatem divisionis esse capacem*. Dividi potest mensura, quia partes habet. Dicitur autem individua propterea, quod, quando dividitur, & aliquid ipsi detrahitur, speciem mutat, neque τὸ εἶδος, quod antea habebat, retinet; quemadmodum si à pede vel unum digitum, ab uncia drachmam auferas, pes non manet, & uncia esse desinit. Pari ratione Majestas dicitur individua propterea, quod, si ab ea unum vel alterum ex juribus, quæ ipsam constituunt, abscindatur, non retineat naturam & nomen Majestatis.

Atque hoc ipsum est, quod Jurisperiti docent, *quod individuum definiunt, quando divisione facta in singulis partibus non remanet forma substantialis*. Hoc autem modò majestatem & jura ipsius individua esse, nostræ sententiæ planè non obstat. Mixtio enim Reipublicæ requirit

rit quidem divisionem majestatis, sed non ita, ut in ulla illarum partium Reipublicæ, inter quas dividitur, natura suam salvam & incolumem retineat; quamvis in omnibus simul sumtis inviolatam eam, & omnibus numeris perfectam obtineat: quemadmodum in Republica Romana exactis Regibus Majestas erat penes solum Senatam; at legibus à Valerio latis dividebatur inter Senatam & plebem, duobus insignibus jurebus plebi traditis. Hic neque penes Senatam Majestas manebat, neque plebs eam accipiebat, licet utraque pars conjunctim eam haberet.

Nonnulli cum & ipsi cum Novatoribus delirare, quam cum antiquitate sapere malint, & verò nihil aliud suppetat, quò molestias nobis creare possint, id arripiunt, quod vulgò dici solet, *Species non miscentur*, existimantes, se reperisse, non quod pueri in fabâ.

Verùm qui Philosophiam naturalem vel à limine salutârunt, vanitatem hujus argumenti deprehendunt. Quid enim decantatius est, quam *elementa misceri, & per mixtionem alia corpora ex iis glomerari?* An non autem *species corporum naturalium sunt elementa?* Si verum est, nullam quascumque species mixtionem admittere, quid tot seculis tot eruditi viri in enucleanda & explicanda natura & modo mixtionis desudarunt, deque eâ tot commentarios scripserunt, & in-

lucem emiserunt? Quod iditur vulgato sermone usurpatur, *species non miseri*, id aut tanquam ab omni ratione & communi hominum opinione alienum explodendum, aut ita accipiendum est, quod *non misceantur ita, ut integra permaneant, & idcirco suum retineant*. Quò quidem sensu Rerumpublicarum mixtionem non evertere, ex iis, quæ hæcenus disputavimus, manifestum est.

Atque hæc ea, quibus confisi ex Recentioribus nonnulli à sententia ab universâ ferè antiquitate approbatâ, inque seculum hoc transmissâ, & superius à nobis demonstratâ, recedere, eamque labefactare conati sunt, non proponere tantum, sed repellere etiam & destruere volui. Quod si & alia alicubi occurrerint, quæ veritati isti obstare videantur, illa ex illis, quæ in medium à nobis fuerunt allata, nullò negotiò à quovis infirmabuntur & diluentur.

DEUS ter OPTIMUS MAXIMUS, qui ut omnis boni, sic & Rerumpublicarum auctor est, cujus nutu & voluntate imperant, quicunq; imperant, corda Imperatoris, Regum & Principum Christianorum ita dirigat, ut abjectis armis omnia sua consilia ad pacem referant, pacem unicè exoptent, & amplectentur. Ille pacificis deliberationibus successum largiatur, atque ad exitum ducat omnibus bonis, inprimis verò Ecclesiæ suæ salutarem.

D I X I.

IN.